UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Quarto die Veneris Quadragesimæ. Homilia Vigesimaqvinta. De Samiritana. Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo &c. Ioan. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52962

Visual Library

# SVMMARIVM

## HOMILIÆ VIGESIMÆQVINTÆ SEQVENTIS.

IMPLETAM oſtendit nobis D. Ioannes in hiſtoria Samaritanæ, figu-
ram, quam de Chriſto vates Oſeas prædixerat, cui Dominus præcepit,
mulierem diligeret fornicariam, illam omnibus amoris blanditijs, cu-
riſque ambiret, donec eam ſibi in ſponſam acciperet, ex proprijs illam
a §. 1. dotans opibus filioſque ex illa generaret. *a.* Hoc ſuppoſito ad nouem
reuocatur puncta. Primum ſit, quomodo Chriſtus hanc elegerit mulierem adulte-
b §. 2. ram, ſibi in ſponſam, diuinam ſuam in huius conuerſione oſtentans virtutem. *b.* &
c §. 3. 4. 5. illius aſſumptione qua ciuitatem Sichar Samoriæ metropolim conuerteret. *c.* qui,
d §. 6. cum ſua dona Iudæi refugiant, illa Samaritanis communicat. *d.* Secundum expli-
e §. 7. cat, qua ratione illam quæſierit, vſque ad defatigationem. *e.* & licet plures fuerint
f §. 8. 9. 10. 11. cauſæ fatigationis Chriſti, *f.* amor tamen illum fatigauit, ſtatuitque ad puteum. *g.*
g §. 12. 13. Tertium habet Chriſtum à muliere poſtulantem, ſitim ſuam illi aperientem. *h.* qui
h §. 14. eo petit modo, quo Deus. *i.* & aquam poſtulat: quia in aquis multa ſolet Deus
i §. 15. 16. 17. 18. 19. operari myſteria. *k.* Quartum mulierem exhibet moroſam. *l.* In Quinto Saluato-
ris patet petentis inſtantia, vrgentis promiſſis poſtulata. *m.* Sexto mulieris allici-
k §. 20. tur animus, dum illi Chriſtus exiguam aquæ à ſe petitæ demonſtrat virtutem. *n.*
l §. 21. & permagnam eius quam ipſe pollicetur. *o.* Septimo declaratur, quibus rationibus
m §. 22. 23 illam ad hanc diſpoſuerit, eo deducens, vt peccata ſua confiteretur, ſeque illi quis
n §. 24. 25 eſſet indicaret, in ſui traxerit amorem, eam denique per fidem viuam ſibi in ſpon-
o §. 26. 27 28. ſam adoptarit. *p.* Octauum exhibet à Chriſto diuinis illam dotatam muneribus,
p §. 29. quibus terrenorum omnium procul abiecit memoriam. Tandem quod per illam
q §. 30. 31. 32. multos filios ſpirituales, omnes ſcilicet illius ciuitatis incolas generarit.

§. 1. *Sicut Oſeas, ſic agit Chriſtus mulierem diligens perditam, & ponit abyſſos in theſauris ſuis.*

§. 2. Venit in ciuitatem Samariæ, *hic Chriſtus ſe verum oſtendit Deum, cui proprium eſt in cordibus efficaciter operari.*

§. 3. *Probatur diuina Chriſti potentia, docendo Sichar ciuitatem per mulierem Serpentem fallacem.*

§. 4. *Vtitur Dei ſapientia mulieribus ad docendum; cum illis vſus fuerit diabolus ad ſeducendum.*

§. 5. *Per hanc Chriſtus mulierum reſtituit honorem: quam creat Archiapoſtolam, eâque ſe coronat.*

§. 6. Venit in ciuitatem Samariæ. *In Samaria ſe Chriſtus effundit velut Nilus in Ægypto, quod ſi ſponſa non aperiat, ad alteram tranſibit.*

§. 7 Fatigatus. *Quærit Secundus Adam in ſudore vultus ſui panem, & viſitat ſummus Pontifex ſuam Diœceſim pedes.*

§. 8. Fatigatus ex itinere. *Laſſauit Chriſtum labor itineris: cuius corpus inter omnia creata perfectum aptumque fuit, vt in eo pateretur: ex vaticinio Dauid.*

§. 9. Fatigatus; *Fatigat ibi Chriſtum, & quaſi ſuſpendit cor noſtrum, quod Hieremias prauum appellat.*

§. 10. Fatigatus. *Fatigat Chriſtum noſtri*

cordis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cordis durities ſicut & Ezechielem ollæ prauitas.*

§. 11. Ex itinere. *Fatigauit illum noſtrorum onus peccatorum adeò graue, quale deſcripſit Iſaias & ſignificauit Hieremias.*

§. 12. Sedebat ſic. *Erat ſicut Amnon amore languidus, de quo triumphat amor efficaciſſimus vt illum in te accendat.*

§. 13. Sedebat ſic. *Proprius hic eſt ſitus amantium: etenim amor inclinat maieſtatem, vt patet in Bezace & Hercule.*

§. 14. Venit mulier. *Arentem Chriſtus oſtendit ſitim huius mulieris amantiſſimus amaſius ad non leue noſtrum ſolatium.*

§. 15. *Vt det nobis Saluator cœleſtes, quas petimus aquas donorum. optat vt nos illi cordis aquas offeramus, quod ipſe ſignificat ſedens & expectans ad puteum.*

§. 16. Da mihi bibere. *Chriſtus ab hac petit muliere vt illi det: hæc etenim eius eſt conſuetudo.*

§. 17. Da mihi. *Prius poſtulat Deus, vt ſit perfectè liberalis, in noſtram gloriam. Doctrina eſt hæc D. Chryſoſtomi profunda.*

§. 18. Da mihi. *Secundo petit Deus, vt tibi menſuram præſcribat eius, quod ipſe tibi daturus eſt: quæ æqualis erit ei, quod illi petenti dederis.*

§. 19. *Petit ab Abraham Deus, vt eâdem illi menſurâ refunderet, quâ dediſſet Abraham: hiſtoria eſt vulgaris, ſed ſpectata myſteriis.*

§. 20. *In Dauid, Lot, & aliis oſtendit Deus, quòd eâ tibi reddet menſurâ, quâ tu illi dederis: & petiit ab hac muliere potum, ſicut Eliezer à Rebecca.*

§. 21. Da mihi bibere. *Magna Deus operatur per aquas, in aquis, & circa aquas, quas etiam petit.*

§. 22. Quomodo tu *&c. Expoſcit Chriſtus facilia, vt aquam, nec illi damus, expoſcit diabolus grauiſſima, ſed & illa diabolo offerimus.*

§. 23. O mulier, ſi ſcires donum Dei. *Duo promittit illi Redemptor, per grata mulieribus, pariter donum declarat à Deo illi oblatum.*

§. 24. Donum Dei. *Præclarum reputat ſponſa donum, quòd illi Deus aliquem mittat, cui det: prudentius iudicans quam Oza.*

§. 25. Puteus altus eſt. *Tres perpendas aquæ terrenæ conditiones. Prima quòd hauſtũ ſit difficilis, vt experti ſunt duo nobiles.*

§. 26. Bibit ipſe & pecora &c. ſitiet iterum. *Secunda conditio: quod ſint iumentis hominibuſque communes. Tertia: quod ſitim non extinguant, imo prouocent illis quos Iob vidit in hoc mundo meridiantes.*

§. 27. Aqua, quam ego dabo. *Conditiones aquæ Dei perpende. Prima eſt, quod faciles ſint, & gratis dentur, ſicut aqua de petra.*

§. 28. *Secunda conditio, quod propriæ ſint hominibus, in quibus Deus reſidens ſit fons.* Fiet in eo fons &c.

§. 29. Non ſitiet in æternum. *Tertia conditio, quod ſatient, & ſitim extinguant, quod illæ non valent.*

§. 30. Voca virum tuum. *Illam diſponit Chriſtus, vt prudens confeſſarius, ſeipſum, quis ſit manifeſtat, & illam ſibi per viuam fidem deſponſat.*

§. 31. Ego ſum. *Sponſam ſuam noſter dotat Oſeas, & deteſtabile lutum in ſolem conuertit, qualem vidit Nehemias.*

§. 32. Reliquit hydriam. *Aquæ Chriſti, melius quàm Mandragoræ illam contemnere faciunt terrenas voluptates: illamque diſponunt, vt vadat filios progenitura ſpirituales.*

# HOMILIA XXV. DE SAMARITANA.

## Quarto die Veneris Quadrageſimæ.

*Venit Ieſus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo &c.* Ioan. 4.

1 D.Chry. *Hom.* 18. *ad pop.* *Tom.* 5.

ASCENDIT hoc die pulpitum eximius prædicatorum coryphæus D.Chryſoſt. & oculos ſuper auditorium reflectens, ſic ait: *Multos vidi gaudentes, & inter ſe dicentes: Vicimus, ſuperauimus ieiunij dimidium profligatum eſt.* Sic eſt, inquit vt dicitis, Deo de hoc gratias referamus. Attamen de hoc non eſt tantopere gaudendum, ſed identidem conſiderandum: num ſi ad Quadrageſimæ dimidium accedendo, etiam ad dimidium eius, quod in eo prætendit Eccleſia, acceſſeritis. Illam S. inſtituit Eccleſia, vt de peccatis veſtris dignam agatis pœnitentiam, pro illis ſatisfaciatis, diabolo, mundo, carniſque renuntietis operibus, ad Deum vos conuertatis, mores veſtros, vitamque in melius ſedulò corrigatis. Num vſurarie, quæ poſſidebas aliena reſtituiſti? Num Veneris proles amaſiæ valedixiſti? Num vindictæ flagrantiſſime pacem cum proximo ſanciſti? Num tu iurator linguam refrœnaſti petulantem? Magnæ adſcriberetur amentiæ mercatori (inquit D. Chryſoſt.) qui nundinas frequentans gauderet iam earum dimidium effluxiſſe, cum necdum ſua abſoluiſſet negotia, ſed nec quidem de illis quidquam diſpoſuiſſet. Stultitiam hoc ſaperet euidentem, ſi reus mortis, cui quadraginta dies defenſioni ſuæ darentur, & elapſis iam viginti non leuiter exultaret, cum præteritis diebus nullam adhibuiſſet in criminum excuſationem, diligentiam. Phreneticus ille eſſet infirmus, qui curationem aggreſſures, morbi alicuius iradicati, præ lætitia ſubſiliret, iam plures tranſuolaſſe dies, morbo adhuc non curato, ac in eodem mali ſtatu permanente. Hæc (inquit) vobis dico, quo vos reddam ſollicitos, & maturè conſideretis, Quagrageſimæ dimidium tranſactum cum exigua ſalutis vtilitate, proinde neceſſarium, vt quod reliquum eſt tanto ſuſcipiamus ſpiritus feruore, vt in illo id agamus, quod in præterito nos omiſſe confitemur.

I. Exordiũ D.Chryſoſtomi pro hac die. *Hom. cit. & hom.* 1c. *ad pop.*

Vt autem Eccleſia nobis animum ingerat, & ſi fatigemur, alleuiet, præclaros offert fontes, quorum aquis recreemur, perditaſque vires alacres recuperemus. Nihil ita itinerantem, qui montem montem aſcendit altiorem, onuſtus, fatigatus, ſiti dehiſcens, & ſuſpirans, quàm ſi in montis vertice fontem offendat vberrimum, refrigerantem, multis floribus, violis, narciſſis, lilijs, roſiſque circumſeptum, in pectus ilico procumbit, bibit, calorem refrigerat, & laſſitudinem reſtaurat, vt alter eſſe videatur, quo deſcenſum alacriter aggreditur, qui ex alia ſibi parte reliquus ſupereſt. Montem aſcendimus Quadrageſimæ, pondere non leui carnis noſtræ quam circumferimus fatigati progredimur; ad montis peruenimus faſtigium; habet in illo paratum Eccleſia fontem, non vnicum, ſed plures, pulcherrimis iiſque diuinis floribus odiferos. In epiſtola illum præfert, quem Moyſes ad virgæ percuſſionem eduxit de petra, dulcem adeò, vt non aqua, ſed mel eſſe cenſeretur.

II. In Euangelio fons alius de Sichem aperitur, celeberrimus aquarum puteus, quem Patriarcha Iacob effodit, ex quo bibit ipſe, eiuſque duodecim filij Patriarchæ cunctaque pecora. Præter hos autem (ait D. Ambroſ.) fontem habemus diuinum, ſedentem, aquarum viuentium Chriſtum Saluatorem, omnes inuitantem: *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat.* & tales aquas, vt ſi quis ex ijs hauſerit: *fiet in eo fons aquæ, ſalientis in vitam æternam.* Illas tam liberaliter offert, vt mulieri infideli, vili, iunori, adulteræ, aquariæ, quæ præter quinque viros iam ſepultos alterum domi ſcortum proca detinebat, offerat effuſiſſimas

mas; ipſam autem aquarum creat fontem cœleſtium, quæ in ciuitatem Sichar regurgitent, quibus oppidani diuinæ ſuæ gratiæ fontibus recreantur: Væ nobis, ſi tot inter fontes aquarum ſiti deficiamus ac refrigerio deſtituti collabamur. Vt igitur animosè deſcenſum inchoëmus Quadrageſimæ, vſque dum ad floridam Paſchatis pertingamus alacritatem, illas nobis Dominus infundat, quas nobis obtinebit Regina cœlorum inclyta, ſi eas humiliter ab illa flagitemus, dicendo. *Aue Maria.*

### §. 1. *Sicut Oſeas, ſic agit Chriſtus mulierem diligens perditam, & ponit abyſſos in theſauris ſuis.*

Hier. 1 in prolog. ſuper Oſeam.

PRudenti ſale gratiaque ſingulari notat Doctor Eccleſiæ maximus D. Hieron. facinus quoddam Oſeæ, quod inter S. Scripturæ myſteria caput attollit. Ad cuius intelligentiam, ſupponendum eſt, vnam eandemque eſſe mulierem, de qua Dominus in 1. & 3. capite loquitur; quod ſi in hoc eam vocet adulteram, indicans fuiſſe maritatam, in primo tamen dicitur: *Vxor fornicationum*, quod idem ſignificat: & ita intellexerunt Theodoretus Antiochen. & Ruffinus. Vocat Dominus Prophetam, aitque: Propheta: Domine, quid me vis facere? Volo te amaſium agere, & mulierem ambire.

I. Oſeas iubetur ducere vxorem fornicariam.

Quid hoc Domine, mihi ne, qui profeſſione vitaque ſum propheta, hoc præcipis? quid, quæſo, commune habet vxorem ambire, cum orationis, lacrymarum, & ſolitudinis exercitijs? hoc mihi placet, vt facias. Et quam Domine, puellam eligam? Num forte Virginem Sacerdotis filiam, virginem ſolitariam, orationi deditam, cuius actiones Prophetæ conueniant actionibus, & pariter in vnum conuiuant? Nequaquam, inquit Dominus. Ibi poſt angulum mulier habitat vile ſcortum, infamis meretrix, & cæteris inhoneſtior, nomine Gomer filia Debelatim, quæ ſuo nomine, qualis ſit, circumfert. Gomer namque ſignificat, *Conſummata*, mulier, quæ venalem poſſim formam exhibet: *Vxor fornicationum*, mulier habens virum, mille fornicationibus deflorata, à viro per diuortium ſeparata, centum alijs viuens voluntaria pellex, & modo amaſium domi detinet, quem præ cæteris diligit: *Vade, dilige*

Oſee 1. 2.

*vxorem fornicationum, mulierem adulteram dilectam amico.* Quis credat, æterne Deus, te tale quid tuo præcipere Prophetæ?

II. Rationes opponuntur variæ.

Ad hoc illum obligas, vt armis incedat grauis, litibus expoſitus: indubiè, namque ipſo domum circumeunte, proſiliet amicus amaſiæ bene affectus, illum iugulaturus. Quod ſi ille pepercerit, cum ipſa tantos habeat procos, aliquis accurret, ſtringetque gladium, ex quo neceſſe erit, ad arma manuſque deuenire. Modo bene, cum ita velis Domine, vadet Propheta, & ſemel domum circumibit, & mandatum tuum expleuerit Abſit hoc, replicat Deus, ſed volo, vadas, & ſæpe ſæpius inuiſas, nec deſiſtas quin mille mulierem blanditijs, donisque pellicias, donec in tuum attraxeris amorem, tibique ita deuinxeris, vt te valde diligat, intimè afficiatur, ducaque in vxorem. Talemne Domine mulierem? qua dote ditatur? Nulla; quinimò hoc iubeo, vt illam ex proprijs dotes facultatibus, illique de bonis tuis elargiaris aurum, argentum, triticum & quibus diteſcat. Fiat Domine: verumtamen expediens iudico, quàm primum cum illa conuenerit, vt det illi libellum repudij, non enim vati conuenit viro meritis inſigni, illi conuiuere mulieri, immundæ, ſcortoque viliſſimo. Nec hoc permitto, ait Dominus: hæc mea mens eſt, vt continuò illi conuiuas, ex eaque procrees pater filios. Quis (quærit D. Hier.) hoc non admiretur. Deo talia prophetæ præcipienti, quis non obijciat, quæ prius obiecimus? Noueris igitur, quod tardior multò Deus fuerit in præcipiendo quàm propheta in exequendo: quàm primum enim Dei præceptum audiuit; cum videbis amaſium ardentiſſimum, amore languentem adulteræ, & mulieris, qua nulla libidinoſior, circum illam vagatur, ambit, nec à cœpto deferuet, donec in ſuam pelliciat voluntatem in vxorem aſſumat, procreetque ex ea filios. Verè, ô Propheta (loquitur D. Hieron.) cum hæc modo videam, te magis admiror, tam cito Dei mandatum implentem, quàm Deum hoc tibi præcipientem. An non conſultum fuiſſet (inquit ille) vel parum obſiſteres, vel ſaltem aliquid obijceres ad rei decentiam: ne de te hoc opinaremur: tibi hoc

III. Cur Propheta ſe non excuſarit.

perplacere mandatum, cum hoc tam velociter, & quaſi nihil aliud deſiderans, impleueris? Quando Moyſi præcepit Dominus Pharaonem adiret, perpenſa rei difficultate, ſe humiliter excuſauit, & inſtitit quantum potuit, vt alius mitteretur. Hieremias replicat, & ſupplicat, hoc attendat, ſe infantem, loqui neſcientem, & tam arduo negotio incapacem. Quando præcepit Ezechieli in rei ſymbolum farinam humano ſtercori commiſceret, panem pinſeret, ac comederet: nauſeabundus obloquitur

Pro-

Ezech. c. 4. 14. Propheta: *A. A. Domine Deus, ecce anima mea non eſt polluta.* Admiſitque Deus orationem oppoſitam, & ſtercus hominis mutauit in ſtercus boum minus horridum. Et dum D. Petro Apoſtolo iniungit: occide & manduca ſerpentes, colubros, immunda terræ animalia: Reſpondit: *Ab-*
Act. c. 10. 14. *ſit Domine, quia numquam manducaui omne commune & immundum.* Tu vero, propheta, multo in re maioris negotij, ac nauſeæ diligentior: *Quis non ſcandalizetur, & dicat Oſeas meretricem acci-*
D. Hier. Tom. 5. *pere iubetur vxorem & non contradicit? Non ſaltem nolle ſe ſimulat, vt rem turpem facere videatur inuitus ſed exequitur latus imperium, quaſi optauerit, quaſi multo tempore eum pudicitia vacaſſe pœniteat, cum honeſtiora, & abſque peccato ſanctos viros renuiſſe Domino legerimus, &c.* Nihil hoc te moueat: nouerat enim præſcius Propheta, ea quæ Deus diſponebat, ſuiſque mandabat Prophetis, eo fieri animo, vt per illa ſignaret, quæ facturus eſſet in mundo factus homo. Vnde & idem Dominus ait: *Ego viſionem multiplicaui & in manu Prophe-*
Oſe. c. 12. 10. *tarum aſſimulatus ſum.* Quando hoc illi Deus iniunxit, in ſe reuerſus Propheta, nomenque conſiderans Oſeas, quod in Hebræo idem ſignificat, quod Ieſus, intellexit præceptum hoc ſibi imperatum, id præfigurare, quod verus Ieſus & Saluator eſſet impleturus.

IV. Myſterium in hoc præuidit.

Hic eſt ille, qui mulierem non exhorreſcit lubricam, adulteram, vile ſcortum, nec animam vitiorum libidinumque ſterquilinium, & qui aduenit, cui pectus erat fornax amoris ardentiſſima, totus affectu captus vt illam ambiret, blandiretur, mille dilectionis argumentis deuinciret, vt eius amorem ſibi conciliaret, cum ea connubium iniret, proprijs dotaret facultatibus, & opibus affatim ditaret cæleſtibus. Licet autem de his poſſemus diſcurrere latiùs, hoc tamen modo dixiſſe ſufficiat, quòd amoris ille diſcipulus diuinum nobis deſcribat Oſeam Chriſtum diuinis affectibus proſequentem, & requirentem mulierem illis infamem conditionibus, quas in illa ex induſtria depingere voluit, luxurioſam, ſcortum, multorum procorum amicam, & modò ſcortatoris reprobam contubernio, Samaritanam, vilem, meretricem, aquariam, qui eius amore captus illam quærit, expectat, ambit, blanditur, cæleſtibus demulcet rationibus, promiſſis delinit gratiſſimis, quibus illam in ſuam ſuauiter & ardenter trahat voluntatem, nec à propoſito deſiſtit, donec per viuam fidem ſibi deſpondeat, quam inæſtimabilibus honorat diuitijs, & per illam omnes Samaritanos, olim diaboli filios, in filios generat ſpirituales. O myſterium! ô Sacramentum!

Hinc intelliges (inquit Origenes apud Lypom. quem imitatur D. Aug.) cur Chriſtus venerit ad puteum, quo prænouerat mulierem eſſe venturam. Reuolue (inquit) celeberrimas S. Scripturæ hiſtorias, & inuenies ſponſalia, coniugia cæteris famoſiora & myſterioſiora à Deo diſpoſita, vt per illa quædam procederet electa ſanctorum generatio Patriarcharum originem ſumpſiſſe apud fontes & puteos, ibidem viris mulieres exſpectantibus ſibi à Deo deſtinatas. Quando Eliezer domus Abrahæ diſpenſator profectus eſt, filio Domini ſui Iſaac vxorem electurus, ex quo populus electus, imò Chriſtus ipſe naſciturus præſignabatur; hanc ſtatuit ſibi conditionem, quâ & Dei cognoſceret voluntatem, & ſponſam Iſaac præuiſam, vt ipſa eſſet mulier, quæ ad fontem ſibi proximum accederet aquam hauſtura, vbi tam diu immotus hæſit, donec formoſa illa Rebecca adueniret, & cum ea familiariter ageret, vnde contractum fuit matrimonium: quinimo iam habito conſenſu, quando ipſam ad terram deduxit Geraris, in qua Abraham & Iſaac morabantur & iam eſſet conſummandum, notanter dicit Spiritus S. quòd Iſaac procedens obuius, vt illam in ſponſam ſibi ſuſciperet, ad celebrem ſteterit puteum, quem Abraham effoderat, atque à ſordibus expurgarat & Iſaac dilatauerat, qui puteus dicebatur *Iuramentis*, de quo rixatus fuerat Abraham, quando illum aperuit, cum ſeruis Regis Abimelech, & Iſaac cum Paleſthinis.

Matrimoniũ Iacob filij Iſaac cum elegantiſſima Rachel, principium duxit apud nominatiſſimum illum puteum, vbi regionis illius paſtores conueniebant, vt adaquarent greges, & Iacob exſpectante, prodijt Rachel gregem ipſa concomitans. Connubium Moyſi ducis populi Iſrael cum filia Raguel Sacerdotis Madian eodem planè modo principium habuit apud alium puteum notiſſimum, quo illa ſex alijs comitata ſororibus acceſſerat, vt ouibus aquam hauriret. Similia, in veteri reperimus (inquit Origen.) teſtamento. Cum autem ſciamus illud noui eſſe ſymbolum, quærimus in Euangelio figuratum, nec longius erit progrediendum, aut folia multa perlegenda: en ſtatim ea ſuggerit D. Ioannes. Principẽ conſidera, primogenitum æternitatis, ecce venit, & mulierem quærit deſponſare Samaritanam, vt illi, qui peccatores, & terreni nati fuerant, in filios Dei renaſcerentur. Ea intentione ad puteum accurrit, quo præuidit mulierem acceſſuram idololatram, infidelem, laſciuam, immundam, quales vel paucæ, & hanc delegit in ſponſam ſibi chariſſimam, cum illa conuerſatus: cum enim ad-

„ ſit in peccatorum ſalutem & remedium,non eos „ ſuperbus, tumenſque dedignatur. O cæleſte „ myſterium!

Hoc animos deiectos erigit peccatorum, facitque vt ob id Deum Angeli collaudent Alacris inuitat Dauid omnes ſanctos, vt Deo ex toto corde laudes concinant gratiarum: *Exultate iuſti in Domino.* Quæ laudis ratio, Dauid? Multa, eaque præclara Dei recenſet opera iuſtorum digna præconijs, at illud prorſus ſingulare: *Ponit in theſauris abyſſos.* Replicat hic D. Baſilius: *Ad communem intelligentiam, magis eſſet accommodatum ſi dixiſſet: Ponit in abyſſis theſauros.* Quis namque vidit vnquam, vt abyſſi theſauris includerentur: oppoſitum valde bene: cum probè calleamus in illis terræ & maris

VII. abyſſis recondi theſauros infinitos: Arca non panis includitur ſed panis arcæ, pecuniæ non burſam ſed burſæ pecuniam imponimus. Non contradico, ſed ne ſecundum communem hoc ſenſum intellexeris, ait D. Auguſtinus quem ſequitur D. Gregorius quia Dei theſauri, viri ſunt virtutum gratijs admodum venerandi, qui in eius eminent abaco ſplendidiùs, illos D. Paulus appellat: *Vaſa in honorem.* Pretioſa, & inſtrumenta, quæ Deus ſuis inſerit theſauris, cœlos intellige. Peccatores, abyſſi ſunt, quorum crimina fundum neſciunt, ſic eos delineat D. Ioannes quando de dracone narrant infernali, quòd in abyſſo concludatur, quo declaret, quorumdam corda omnium abyſſos nequitiarum, de quibus, & in quos ſupremum habet diabolus dominium. Hoc Dei eſt opus, Angelorum omniumque Sanctorum dignum laudibus, quòd ad ſe quoſdam rapiat peccatores, abyſſos iniquitatum, & in illis ad abyſſum demerſos, & inter eminentiſſimos ſuos ſtatuat ſanctos, eoſque quos in maximam nominis ſui deſtinat ipſe celſitudinem.

VIII. Hoc hodie peragit. En tibi mulier, abyſſus libidinum, vilium adulteriorum impudica, porcorum hara, perfida, viro periura, ſcoria Satanæ: hanc Chriſtus apprehendit, & inter theſauros collocat, qui inter vaſa gloriæ & honoris emicant pretioſiores: cum ipſam Apoſtolam creet, vt illud exerceat officium anterior Apoſtolis, & prima ſit Euangelij Ieſu Chriſti apud infideles annuntiatrix; vt illam vocare poſſis nec immerito Archiapoſtolam: *Tanquam Apoſtola* (loquitur Origen.) *hac muliere vtitur Chriſtus ad eos qui in vrbe erant. Samaritanam fecit Euangeliſtam,* dicit Simon de Caſſia.) *Euangelizauit enim Chriſtum conciuibus ſuis;* idque tamâ



verborum eloquentiâ, & emphaſi rationum, vt converteret, totamque moueret ciuitatem, quo in Chriſtum oculos dirigeret: *Confiteantur tibi, Domine omnia opera tua, & ſancti tui benedicant tibi. Confiteantur Domino miſericordia eius.* Opus hoc igitur perſcrutemur, & luce clariùs intuebimur, quàm ad viuum nobis Euangeliſta Chriſtum proponat amore captum, quàm hic vrbanè mulieri blandiatur, eam ſibi per viuam fidem aſſumat in ſponſam, & qualiter per eam filios procreet ſpirituales & tot quidem, quot erant ciuitatis incolæ; ita vt tum temporis illa dicere potuerit, quæ poſtmodum Diuus Paulus ait Corinthijs: *In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui.* Pſ. 144. 1. 1. Cor. 4. 15.

## §. 2. Venit in ciuitatem Samariæ: *Hic Chriſtus ſe verum oſtendit Deum, cui proprium eſt in cordibus efficaciter operari.*

AGgreditur amoris Euangeliſta, diuinos Principis cœlorum affectus exponere, quos eo modo nobis depingit, vt pariter probationem proſequatur eius propoſitionis, quam vt Euangelij ſui collocauerat fundamentum, noſtræque eſt fidei: ſcilicet, quòd Chriſtus verbum æternum, verus ſit Deus: *In principio erat verbum, &c.* Pro cuius confirmatione ipſe teſtatur, ſe hiſtoriam conſcripſiſſe Euangelicam, non omnia Chriſti mirabilia referens, ſed ea tantummodo, quæ propoſito maximè conueniebant, vt huius fidei veritas hominibus inculcaretur: *Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt filius Dei.* Inter alia recenſet illud: quod, vt intentioni ſuæ congruum, adeo fusè deſcribit, & ſingularibus ornatum circumſtantijs, vt intellexiſtis, eſt autem hoc inter Chriſti mirabilia, tale qualia non multa, Chriſtus in mundo dignatus eſt operari, & in quo vim & poteſtatis ſuæ diuinæ declarauit efficaciam, idque in duobus. Primò: per hoc quod operatus eſt intus in corde, in anima, in pectore huius mulieris. Secundò: per hoc quod operatus eſt in illa Samariæ Prouincia, & ciuitate Sichar, ipſâ mediâ, totam illam conuertendo gentem Samaritanam infidelem. 4 Ioan. 1. 1. Ioan. c. 20. 31. I. Hæc cōuerſio Samaritanæ Chriſti cōfirmat diuinitatem.

Eſt igitur primò: hoc miraculum aptè propoſitum pro Chriſti Domini confirmanda diuinitate, per hoc quod operatus eſt in hac muliere: quia non eſt hoc opus minoris virtutis, quàm primum, quòd fecit in conſpectu diſcipulorum ſuorum ad nuptias in Cana Galilææ, & ſtatuit



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Euangeliſta vt lapidem angularem demonſtrationis ſuæ Euangelicæ, quo Dominus aquam in vinum conuertit. Eximium miraculum, efficaciſſimũ ad confirmanda corda diſcipulorum in fide, quo cognouerunt Chriſtũ, Dominum eſſe, auctoremque naturæ, qui in creaturis quidlibet, & quomodolibet operatur: *Hoc fecit initium ſignorum Ieſus, &c. & crediderunt in eum diſcipuli eius.* Ea de cauſa hiſtoriam illam narrauit Euangeliſta ſuis omnibus ornatam circumſtantijs, dicendo: factas eſſe nuptias, & vbi, & quinam fuerint inuitati, & quomodo defecerit vinum, ac D. Virgo vini defectum filio indicauerit, & Dominus impleri iuſſerit hydrias aquâ, ſex numero, & Architriclinus guſtauerit &c. Nec minoris præſens eſt opus efficaciæ: ſi namque diuinum opus ſit, aquam in vinum conuertere, excellentius opus eſt & magis diuinum (ita loquamur) corda tranſmutare, & quæ prius erant carnea reddere ſpiritualia, terrena in cœleſtia conuertere, & dæmonum ſpeluncas in diuina palatia, titiones inferni, in cæleſtes Seraphinos. Etenim hoc eſt opus magis Deo conueniens in ſuis creaturis, cuius virtuti & potentiæ proprium eſt, in ipſis liberis cordibus efficaciter operari, illa mutando, conuertendoque infernum in cœlum, & dæmones in Angelos.

II. Maior eſt quã conuerſio aquæ in vinum. *Ioan. c. 2. 11.*

1. 2. q. 113. *art. 9.*

III. Iuſtificatio opus Dei maximum probatur eſſe, ob cordis libertatẽ Deo reſiſtentem. D. AVGVS. *Tract. 72. in Ioan. Tom. 9.*

Quærit Theologorum primipilus D. Thomas quòd ſit opus Dei maximum, & reſpondet hoc eſſe præcellentius, quàm creare cœlos ſuis micantes ſideribus, terram ſuis intertextam plantis, cæcos illuminare, ſolidare claudos, leproſos mundare, quinimo mortuos ſuſcitare: Ac alias inter rationes, illa probat Diui Auguſtini notiſſimâ propoſitione: *Maius opus eſt, vt ex impio fiat iuſtus, quam creare cœlum & terram.* Quam ibidem exponit, probat, dicitque rationem eſſe clariſſimam: quia tantò maius eſt opus aliquod, maioriſque difficultatis, quantò maiorem operarius reperit reſiſtentiam. Non magnæ requiruntur vires, vt in molli quis luto operetur, ſcribatque in aqua, cum nulla ſit reſiſtentia contradictoria: maxima verò requiritur fortitudo ad operandum in ære duro, frigidoque ferro: reſiſtit enim operanti fortiſſimè. In omnibus operibus, quæ Deus aut fecit, aut facit, nulla aut obſtitit, aut obſtat reſiſtentia: quia nec vllam facere potuit in mundi principio ipſum nihil in ipſa creatione, quando de nihilo creauit cœlum & terram, nec aqua, quando piſces & aues ex illa produxit; vnde dicitur, quòd omnia illa creauerit, quaſi ex animi delectatione ludendo: *Delectabar ludens*

*Prou. c. 8. 30.*

Nec quando humanâ indutus naturâ aquas in vina nouo ordine conuertit: ſed nec vlla fuit in mortui reſuſcitatione, licet quatriduani. Porrò in hominis iuſtificatione Dei viribus cor reſiſtit hominis, opponit ſe contumax, & diuinos potentiore ictus ſuâ retundit duritie. Moyſen conſidera, hunc Deus ſuâ mittit efficaci armatum virgâ, qua ſine vlla repugnantia operetur in cœlis, in terra, in aquis, in animalibus, & quibuſlibet creaturis: aquarum gurgites, ex petra producit duriſſima, virgam in ſerpentem commutat, & ſerpentem denuò in virgam; cor autem Pharaonis, tam ſe pertinaciter opponit, ſuâque duritie tam potenter illas Dei vires eludit, vt in eo nec paruum, nec magnum quid operetur. Emollit alter Propheta in totius populi corona ſolo ſuo verbo duriſſimum lapidem, altare ſaxeum, at nec paruum, nec multum cor Regis Hieroboam potuit emollire: quinimò retudit ictus tanto furore contumax, vt in vatem ipſum œſtro percitus inſurgat, manus conetur iniicere, vinctumque captiuare. Hoc eſt, ita hoc eſt opus Deo proprium, & omnipotentiæ ſuæ primarium, in liberis cordibus operari, duris & obſtinatis, illa mutare, conuertere, emollire, & cum eſſent inferni, ac dæmoniorum habitaculum fœdiſſimum, cœlum creare, in quo Dei gloria reſplendeat, totaque reſideat Sanctiſſima Trinitas.

IV.

Præclara cenſentur Eliæ vatis opera quæ S. Scriptura cum admiratione dinumerat, *Amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis. Et quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi?* Præferre velle videtur eius opera, vt ceteris mirabiliora: *Quis poteſt ſimiliter ſic, &c.* Solo verbo claudebat, & iterum aperiebat cœlum, ne plueret, aut vt plueret, ignem ex altiſſimis eduxit, & pro beneplacito traxit deorſum, nec ſemel, ſed [ter]: *Verbo Domini continuit cœlum, & deiecit de cœlo ignem ter.* Aquam & ignem de eodem produxit cœlo, quomodo & quando voluit verbo potentiſſimus. Filium viduæ Sarepthanæ mortuum ad vitam reuocauit: quale nec ab orbe condito factum homines audierant: *Quis poteſt ſimiliter ſic gloriari? qui ſuſtuliſti mortuum ab inferis.*

V.

Nihilominus ipſe fatebatur, opus maximè mirabile, quod diuinâ fecit virtute roboratus, hoc fuiſſe, quod in corde operatus eſt Eliſei, illudque tranſmutarit. Cum alijs Eliſeus operarijs in agro ſtiuam dirigebat, terramque ſulco colebat, & illi ſolummodò ad aurem ſuſurrando, cor mutauit, tantumque egit, vt relictis omnibus,

tibus, quibus attentus occupabatur, rebus ab his adeo diſſimilibus intenderet, ſicut à terra cœlum diſſidet, fieretque de agricola Propheta & Prædicator, & de viro campis aſſueto, Angelus Deo conſecratus, eiuſque totus dicatus obſequio. Hoc inter Eliæ opera palmam eripit ad cuius executionem tota Dei requirebatur omnipotentia. Hoc credo voluit innuere,
3.Reg.17. 24. dum illi ait: *Quod meum erat, feci tibi.* Quidquid potui feci, hoc eſt ſupremum, quod diuinâ mihi virtute communicatâ efficere potui; illud erat, vt cor tuum tranſmutarem, & terrenis, quæ præ manibus habebas, dimiſſis, vt fieres cæleſtis, & amodo diuinis occupatus. Itaque præcellens licet opus fuerit, filij viduæ Sarepthanæ mortui ad lucem reſtitutio: non minus illo fuit hoc, quinimò inter Deo maximè propria recenſetur, cui hoc competit dominum eſſe cordis
Pſal.72.26. humani, *Deus cordis mei*: pſallebat David. Deus non auri mei, vel argenti, vel ciuitatum, vel regnorum, vel eorum quorumlibet: quæ ſunt in terra: nimis enim dominium hoc eſſet limitatum, ſed *Cordis mei*: nam in hoc ſupremum Dei dominium, ac poteſtas definitur, quòd operari poſſit in eo, ſicut Dominus, quomodolibet illi placuerit.

VI. Nos in Dei manu ſicut lutum figuli. Illo agendi modo ſuam voluit Hieremiæ declarare potentiam, dum illi præcipit, in domum deſcenderet figuli, & diligenter attenderet, qua ratione de fruſto luti, quod non niſi dignum erat conteri pedibus, vel ſemel tantum circumflectendo rotam, vas formaret, educeretque pulcherrimum, regio dignum abaco collocari. Meam agnoſce, ô Propheta potentiam:
Hier.18.6. quia, *Sicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea, dicit Dominus.* En tibi propono fortiſſimũ argumentum, quo ſuam Chriſtus teſtatus eſt diuinitatem, quod Diuus Paulus indicat ex le-
Rom.1.4. ctione SS. Patrum Græcorum, dum ait: *Qui declaratus, vel comprobatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis.* Perpende, quo argumento probet Chriſtus ſe eſſe filium Dei, eo ipſo quo oſtendit ſe ea virtute pollere, qua corda ſanctificet, & ſentinas peccato-
VII. Hinc Chriſti patet diuinitas. rum & inferni in verum tranſmutet cœlum, in gratiſſimam Deo ſedem, & cloacas dæmoniorũ in templa ſăctiſſimâ digna Trinitate, peccatores immundos, horridos & infames, in iuſtos conuertat mundiſſimos, dilectiſſimos, & honoratiſſimos, ſole, ſtelliſque clariores. Cor traſmutat telonarij vſurarij Matthæi, in Apoſtolum, & Euangeliſtam: Zachæum Satenæ filiũ, pullum inferni, conuertit in filium Abrahæ. Illum hodie contemplare, quàm excellens, (a) in hac muliere opus efficiat Ex puella aquaria, carnali, abiecta, ita ſoluta in venerem, vt hoc ſatis indicat, quod proco domi abutatur, præter quinque defunctos maritos, vas format cryſtallinum, per quod lux ciuitatem Sichar prouinciæ Samariæ Metropolim illuſtrat, cœli Seraphim, ſolem lucidiſſimum, quo ſedentes in tenebris & vmbra mortis illuminat. En tibi duriſſimam petram in aquas conuertit cryſtallinas Samaritanis in refrigerium, de quo ſic proloquere:
*Qui conuertit petram in ſtagna aquarum & rupem in fontes aquarum.* Pſ.113.8.

(a) T de marca mayor.

### §.3. *Probatur diuina Chriſti potentia, docendo Sichar ciuitatem per mulierem Serpentem fallacem.*

NEdum indicat Euangeliſta diuinam in eo Chriſti potentiam, quòd huius conuerterit (vt diximus) cor mulieris, & quæ prius erat vile proſtibulum, expoſita quæſtuaria, fiat ſanctiſſima, virtutis exemplar, depoſitum theſaurorum Dei: priùs lutum abominabile, demum Sol clariſſimus; ſed in eo principaliter, quòd tali vtatur muliere, vt prima ſit Euangelij ſui prædicatrix, tam eloquens, vt illius operâ totam, & populoſam Sichar conuertat ciuitatem. Erant autem huius ciuitatis Samaritani ceteris terræ nationibus nequiores, Deoque odibiliores. Habeo Spiritum ſanctum teſtem, qui Salomonis ore longam texens eorum Litaniã, quos Deus ab orbis incunabulis pluris ceteris æſtimauit, ac honorauit, duobus tandem verbis, nationes illas profert, quas ceteris Deus plus nauſeabundus execratur, eaſque tres: *Duas gentes*
Eccli.c.50 27. *odiuit anima mea: tertia autem non eſt gens, quam oderim.* Quam nedum exhorret anima mea, ſed & ſic deteſtor, vt nihil vltra. Quæ illa? *Qui ſedent in monte Seir, & Philiſthijm, & ſtultus populus, qui habitat in Sichimis.* Idumæi ex Eſau deſcendebant, qui montem Seir incolebat: Philiſthijm, perpetui Iudæorum in terra promiſſionis aduerſarij, & Sichimitæ huius vrbis Sichem oppidani: quo nomine cenſentur illi binonimi sũt; I. Qui fuerint Samaritani.
*Non gens, & populus ſtultus.* Primum; *Non gens*: non enim alijs erant ſimiles populis, qui ex vno procedebant patre, ex vna geniti familia, ſed in vnum conuenit hinc inde fœx multa nationum, ſine lege, nullo ſtemmate nobilis, abiecta, barbara, permixta.

Secundum: *Populus ſtultus*: quia cum tales

 eſſent,

II. Non gẽs & populus ſtultus.

eſſent, ſe tamen Dei populum iactabant eſſe principalem, filios ſe Iacob appellãtes: hoc quippe mulier illa Chriſto ſignificabat, Iacob patrẽ ſuum nominando: *Numquid tu maior es patre noſtro Iacob?* Mirantur omnes, quare tantopere Deus nationes illas exhorreſcet, & ita earum aliquas vt adeò maledictæ eſſe viderentur, vt earum in Deum deteſtanda aſſurgeret malitia, prout Spiritus ſanctus earum expendit hiſtoriam.

Primitus habitarunt in ea regione Chananæi, maledicti Cham filij Noë maledicta progenies quorum tanta fuit coram Domino peruerſa, & non toleranda nequitia, vt illos inde exterminarit, alios poſſeſſores fecit, populum ſibi electum. Illi verò hanc incolentes, tanto beneficio ingrati, Deum nefandis adeò ſuis prouocarunt ad iram ſceleribus, & idololatrijs, vt ipſos ſimiliter exſtirpare decreuerit: quocirca ſingulari diuinæ iuſtitiæ diſpoſitione, regnante Oſee filio Ela, prodijt in campum armatus Salmanaſar Rex Aſſyriorum, omneſque in terram captiuos abduxit, Regem, & tribus illas ibidem commorantes, totamque regionem impleuit colonia Babyloniorum Catha, Auath, Emath, Sepharuaim, idololatrarum, qui omnes tam enormibus Deum irritarunt criminibus, vt illa diuina non ſufferens iuſtitia: *Immiſerit in eos Dominus leones, qui interficiebant eos.* Hinc perſpicuum erit, quæ fuerint illæ nationes, quas, cum totus tunc orbis idololatriâ fœdaretur, omneſque in tota terra nationes idolis thus adolerent, Dei non viderur potuiſſe perferre patentia, ad quarum ſupplicium tortores miſerit leones atrociſſimos. Iudica quales fuerint illius regionis populi: videntur enim ſecum non tolerandam ſentinam traxiſſe peccatorum: cum; qui illam incoluerunt, tales fuerint, quales fuiſſe oratione noſtrâ deſcripſimus, Rei deplorandum narrarunt Regi ſucceſſum qui credens, ſi ad meliorem vitæ frugem reducerentur, durã ſuam Dominus manum ſupplicij tolleret, præcepit vt eo populi Dei Sacerdotem adducerent, qui eos doceret legitima Dei terræ: factũ eſt ita, ſed fauſtus quis exitus? Licet Deum Iſrael vt Deum ſuſceperint, infinities tamen multiplicarunt idololatrias: quiſq; enim terræ ſuæ colebat idola, & variæ cũ eſſent nationes, omnes in illa regione orbis terrarum idololatrias coacervarunt, cunctaque per orbem longè lateque diſperſa idola receperunt. En quale remedium, quo in tantam, teſte Spiritu ſancto, deuoluti ſunt amentiam, vt volentes adorare Deum Iſrael, ſimul

4. Reg. 17. 25.

omnia mundi idola venerarentur.

Hoc conceſſo, erant Samaritani Deo maximè inimici, & coram eo maiorem in modum deſpecti. Inter illos autem, venereâ cupiditate mulieres eminebant: ſunt enim ceteris ignorantiores, inter has, reliquas ſtultitia, deſpectu, & libidine mulier hæc ſuperabat: etenim puella erat aquaria, profana, nonaria, lupa, vt patet: quod quinque defunctis maritis, alterius proci contubernio fœdaretur. Attamen opinatur D. Chryſoſtomus, quod illi adhuc ſuperuiuerent: crimen enorme: licet enim moris tunc eſſet, vt maritus vnus duas, tres imò plures haberet vxores, non tamen permiſſum inoleuerat, vt vna mulier pluribus ſociaretur maritis; Hæc autem non duos, non tres, ſed quinque, quibus nupſerat, adultera cognoſcebat, præter quos & ex amaſij conſuetudine ſcortum audiebat, ad tantam ex nimia libidine redacta pauperiem, vt nec ancillam aleret aquariam aquariola.

III.

Hanc Chriſtus aſſumit, & tantâ replet ſapientiâ, vt primariam eligat Euangelij ſui prædicatricem, per cuius prædicationem totam conuertit ciuitatem, & ad veram, diuinitatis ſuæ fidem reducit ſaniora ſapientem. Admirare ſupremam Chriſti fortitudinem, diuinamque potentiam; ſi namque meritò iudicauit Apoſtolus, quod Deus ſuam in hoc oſtenderit omnipotentiam, quod pauperes quoſdam elegerit piſcatores mundi peripſema, vt per illos mundo ſuam annuntiaret fidem: *Quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* Tu iudex eſto, num hanc non oſtendat dum mulierem elegit terræ ſcoriam, plebis opprobrium, *Stulta mundi, non gens populus ſtultus*, vt corda converteret obſtinatiſſima, ſuiſque ſupra modum affixa idololatrijs, nempe Samaritorum.

1. Cor. 1. 27.

Nitidè valde dixit modernus auctor Magiſter Frater Ioannes de Ponte quod Dominus duobus hominum generibus officium intercluſerit docendi fidem & prædicandi, diabolo & mulieribus. Hiſtoriam perlege Euangelicam, multoties inuenies dæmones cœpiſſe prædicare, deque Chriſto annuntiare quod filius eſſet Dei, quibus extemplo ſtrictum ſtrictè ſilentium impoſuit: *Exibant dæmonia à multis clamantia & dicentia: quia tu es filius Dei, & increpans non ſinebat ea loqui* Dæmonis, qui Chriſtum prædicãdo moleſtiùs interpellabat, ore loquens hominis, linguamque refrœnauit: *Tace, obmuteſce.* Interdictum autem mulieri munus prædicationis Apoſtolus non ſemel patenter indicauit: *Mulieres in Eccleſia*

IV.

*Eccleſia taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe ſicut lex dicit.* Loquendi non habent, facultatem, ſed decet eas humiliter alios audire hoc eſt autem, *Sicut lex dicit.* Vbi (quærit D. Chryſoſt.) lex illa ſcripta reperitur? Illã ſtatim à mundi primordio notes inſtitutã, in prima lege, quam Deus primæ præſcripſit mulieri: *Ad virũ tuũ conuerſio tua, & ſub viri poteſtate eris.* Idcirco & vobis capita nubilantur, inquit Apoſt. vt cũ ſilentio tacentes audiatis, & ab omni tam procul abeſſe debeatis loquela, vt nec vobis quidquam liceat in Eccleſia interrogare, quod ſi dubiũ vobis aliquod oriatur, eius interrogationem differte, vſque dum ſitis domi, tunc maritos veſtros de hoc interrogate: *Si quid autem volunt diſcere; domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri in Eccleſia loqui.* Hinc colligite, num benè vos verba deceant in Eccleſia de ijs, quæ domi veſtræ contingunt, & quæ noueritis.

Ho.37 in 1. ad Cor. — V. Vbi lex illa de mulieribus habetur. Gen.3.16. — 1.Cor.14. 35.

VI. Et ratio aſſignatur ex parte diaboli.

Ratio quoque ſufficiens adducitur, cur diabolus & mulieres prædicare prohibeantur: dæmones namque praua ſunt voluntate peruerſi, & in omni nequitia adeo contumaces: vt fornax ſint mendaciorum, vnde Dominus diabolum patrem nominat mendacij: quia prologui mendacia, proprium eſt dæmonis idioma: *Cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius.* Primum, quod locutus eſt homini verbum, mendacium fuit doloſum, quo nos omnes in ruinam perculit, protoparentibus noſtris inſuſurrans, non ijs credendum, quæ Dominus de morte incurrenda, ſi comederent, fuerat minatus. Inſuper, ſicut alias expendimus, in vno verbo, nouem protulit concluſitque mendacia. Numquid non ipſe diuinis verbis edicendis aptus poteſt eſſe prædicator? Mulier etſi mala non ardeat voluntate, laborat tamen intellectu nimis obſcuro, peruerſioni, doliſque plus ſatis expoſito, quinimo & ipſa poteſt virum nullo illaqueare negotio. D. hoc Paulo eleganter expreſſit: *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum: ſed eſſe in ſilentio. Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua, & Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit.* Duo ſunt propria mulieri: Primum, quod de facili à diabolo decipiatur, ob intellectus defectum, quem habet incertum, inconſtantem, volatilem: *Sexus mulieris* (teſtatur D. Chryſoſtom.) *incautus & mollis eſt, eique proximum eſt decipi. Mulierum genus* (addit D. Epiph.) *lubricum eſt, erroneumque ac intellectu humilis prauitum &c.*

Io.8.44

VII. Ratio ex parte mulieris, ob erroneum intellectũ. — 1.Tim.c.2. 14. — D.Chr. Ho.21.in Matth. & Ho.13.in 2. ad Cor. Ti.2.& 4. — D.Epiph. Inc.7. Mich. & in c.7. Eccle.

Huius occaſione fusè diſcurrit D. Hieron. illa Poëtarum primipili verba perpendens, quem Latinum vocat Homerum: *Varium & mutabile ſemper fœmina.* Confirmatur, inquit Apoſtolus, exemplo Euæ, quæ cum omnium eſſet ſapientiſſima, quas Dei manus in lucem produxit, de qua S. pagina proloquitur: *Creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi: conſilium, & linguam, & oculos, & aures & cor dedit illis excogitandi: & diſciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis ſcientiam ſpiritus, ſenſu impleuit cor illorum.* Erat igitur mulier ſapientia, conſilio, intellectu, & eloquentia præſtantiſſima; ad primum nihilominus verbum adulatorium, quo ſatanas illam deliniuit, ſeducta collabitur: *Eua ſeducta in præuaricatione fuit.* In illa præuaricatione, diabolus non machinis præualuit, nec fraudibus, ſed ad primum verbum, quo ſuam illi propoſuit naturæ eminentiam, illam turpiter irretiuit. Quid hoc, tibine creaturæ, qua nulla pulchrior, Deus iſtius eſum arboris interdixit? Noueris te proximum eſſe (a) vt Deus ſis illi ſimilis: hoc ſolum requiritur, vt de fructu guſtes arboris &c. Illo verbo mendacij, ſeducta corruit, nihil etenim minoris negotij, quàm etiam prudentiſſimam, ac ſapientiſſimam earum circumuenire, illi perſuadendo, quòd venuſtatis forma cæteris præcellat, quòd Dea Venus præfulgeat, nihil illi quidquam deeſſe vt adoretur.

Eccli. cap. 17. 6.

(a) Pique à pique.

Hoc experientia diſcimus, quas enim communiter diabolus illaqueat, fœminæ ſunt, & inter ipſas videmus pythoniſſas ſtriges præſtigiatrices; res adeò familiaris, vt vbi noſtra vulgata legit: *Maleficos non patieris viuere.* in Hebr. legitur; *Maleficas*; quia maleficas eſſe præſtigiatrites, & magas, commune eſt mulierculis: ex eo quod faciles ſint, quas diabolus ob intellectus tenuitatem, animique inconſtantiam illaqueet. Hac de cauſa notat D. Thom. ſtatutum fuiſſe philoſophorum, nullatenus ad regimen admitterentur mulieres, ob hebetudinem intellectus, & facilitatem, qua fraudibus innectuntur; & propoſitionem confirmat ex Ariſtotele. *Corruptio regiminis eſt, quando regimen peruenit ad mulieres.* 8

Exo.c.22. 18.

In c.14.1 ad Cor. lect. 7.

Li.4. Politic. cap.2.

VIII. Altera, quia facilè virum decipit.

Secundum: quod ſi diabolus ſatis leuiter mulieres in laqueum trahat, multò mulieres leuiùs virum decipere, ob naturalem amorẽ, quo illam proſequitur, eique inclinatur. Hoc ſatis patuit in mundi primordio: cum illa ipſa fuerit, quæ ſuis vrbanis blanditijs virum irretiuit ſapientiſſimum, & præclariſſimum opus manuum Dei, Adam ſcilicet, tam ſuccinctis rationibus, quàm paucis verbis illum euertit. Quocirca D.

*D.Clem. Alex. a Orat. exhort. ad gentes inter princ. & med. D.Epip. b Li. 3. ad finem. D.Amb. a Lib. 1. in c. 4. Luc. in illud: Conſummata omni tentatione. b Lect. 7. cit. c Ho. 9. in c. 2. Ho 2. in Ioan. & Ho. 1. ad Timot. Th 3. & 4.*

Clemens Alexandri. *a.* D. Epiphan. *b.* notant nomen Eua mulierem ſignificare ſimul & ſerpẽtem, pronunciatum enim ſine aſpiratione Eua mulierem ſignificat, cum aſpiratione vero, Heua ſerpentem: *Si accurate vox ſpectetur Hebraica* (inquit Clemens) *nomen Heua ſpiratum, exponitur ſerpens. Fœmina Eua citra aſpirationem* (ait D. Epiphan.) *Hebrais mulierem, cum aſpiratione ſerpentem ſignificat.* En quam parua differentia: vnum H. de quo Latini, *non eſt littera, ſed aſpirationis nota.* Enimuerò ſi loqui cœperit mulier cum aſpiratione & affectu, ſpiritum educẽs blanditiarum & adulationum, hoc crede firmiter, ſerpens eſt mortiferus: vnde ſi diabolus mulieri ſerpens fuerit venenoſus, fuit & ipſa viro Adam, ſola precum ſuarum, blanditiarum, vrbanitatum aſpiratione: quid enim marito non perſuadet mulier? quid vir non credit ſibi à muliere propoſitum? Vnde illa diabolus vſus eſt, vt hominem circumueniret ſapientiſſimum, illique talia perſuaderet mendacia, quæ contra Dei veritatem imponi poterant vel maxima: qua de cauſa à D. Ambroſ. *a.* vocatur. *Prima fraudis illecebra.* D. autem Th. *b.* perpendit Illam D. Chryſoſt. ſententiam. *c. Semel eſt locuta mulier, & totum mundum ſubuertit.*

*IX. Adam verè deluſus fuit. Gen. c. 3. 5. a Epiſt. ad Trallenſ. b L. 3. contra hæreſ. c. 3. & 7. c In c. 3. Mat. d Hæreſ. 39. e In c. 20. Luc. f L. 11. de Gẽ. ad lit. c. 21. & 24.*

Intendebat diabolus Adamum decipere: ſi enim hoc non poſſet, non illi ex ſententia negoſium profueret, ad illum per ſeipſum accedere non præſumit, ſed aſſumere ſibi decernit mulierem, credens illa mediante perſuadere, quod per ſeipſum facere non præſumebat; indubium eſt Adam fuiſſe circumuentum, quia realiter credidit id quod diabolus Euæ dixerat, nimirũ, ſi de fructu vetito guſtarent, abſit vt morerentur, quinimò illud in ipſis impleretur: *Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum:* Et reipſa Dei æqualitatem quantum ad ſcientiam, appetiit: quod eius ſcilicet non egeret opera, qui illum gubernaret, & quid plura? credidit quidquid illi fœmina dixerat, & in omnibus, in quibus eum diabolus capere laborabat, deluſus eſt. Ita cenſent D. Ignat. *a.* D. Iren. *b.* D. Hilarius *c* D. Epiphan. *d.* D. Ambr. *e.* D. Auguſt. *f.* & Cornel. à Lapide. *g.* quinimo citat præfatus auctor D. Auguſtinum, qui dicat, quòd Adam veraciter fidem amiſerit: quia fidem diaboli verbis adhibuit contra expreſſum Dei verbum. Credidit ſine dubio, quòd comedens vetitum à Deo fructum, omnia ſciret nec moreretur, eſſetque ſicut Deus. Quis ſapiens credat, quòd errores tam abſurdos Adam crediderit? Nonnè dixit D. Paulus: *Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in prauaricatione fuit?* Ex his addiſce, quàm efficax ſit mulier, vt verò, quidquid voluerit, perſuadeat etiam abſurdiſſimas, quas mundus audiuit, opiniones, quales has fuiſſe omnes agnoſcunt, quòd ſcilicet ex eſu pomi interdicti, euaderet vt Deus. Sed nec dicere voluit Apoſtolus, quòd Adam abſolutè non fuerit circumuentus, ſed quòd nõ fuit per ipſum ludificatus diabolũ, quia ad hoc omnes Satanæ machinæ, & artes inueniebantur infirmæ, vnde nec ipſe diabolus in propria auſus

X. eſt Adam aggredi perſona, ſed mulieris dictis verboque fuit ſeductus: eo quod ipſa tot blanditiis, & verborum lenociniis eius attraxit ſibi blãda voluntatem, vt illi ſuum ſubmitteret intellectum, ita vt eius inductus perſuaſione, crediderit, quòd per ſolam diaboli perſuaſionẽ nõ credidiſſet, præſertim quia prior obtulit, illa opus aggreditur, & de fructu comedit, vt notat textus; deinde blanditiis & lenimentis amoris Adã obtulit pomi guſtum gratiſſimum, dicens quòd illo guſtato, mortua non conciderat, quinimo belliſſimè ſe haberet, vnde & marito dedit, qui comedit, quo lugemus impletum quod Spiritus S. poſtmodum effatus eſt: *A muliere initium factum eſt peccati.* Quomodo *A muliere?* Nonnè peccatum ex diaboli perſuaſione ſumpſit exordium? Verum eſt quoad mulierem, ſed hoc ad noſtram nõn ſufficiebat ruinam, & vt homines in peccatum laberemur: quia per ſolum diabolum non caperetur Adam, ſed vt vir illud committeret peccatum quód omnium fuit peccatorum in noſtra natura principium, origo fuit mulier, cauſaque primaria.

XI. Aduertit idem D. Chryſoſtom. illam ipſam eſſe, de qua ordinariè diabolus præualet, vt illudat, Illis vſus eſt infidelis Rex Balac ex conſilio præſtigiatoris Balaam, quibus peruertit efficaciter Iſraelitas, qui dum vidit ſe illis non poſſe numeroſiſſimis virorum fortium reſiſtere legionibus, exercitum, illis oppoſuit mulierum forma venuſtiſſimarum, quæ vel duobus tantum blanditiarum ac adulationum verbis, illi, ſuorum idolorum dæmoniorumque cultum perſuaſerunt: hanc hiſtoriam cum Origene perpendimus dum de filio prodigo ageremus, de qua ſic Spiritus S. *Filiæ Moab vocauerunt eos, ad ſacrificia ſua at illi comederunt, & adorauerunt Deos eorum.* Duobus tantummodo verbis, ſubuerterunt corda eorum, acciditque triſte nimis ac lugubre illud infortunium de Beelphegor toties in S. eloquio repetitum.

XII. Quis Salomone ſapientior. Cõſidera quo mulieres eum abduxerunt: cũ enim Spiritus S. eius ſapien-

ſapientiæ, religionis, & deuotionis celebraſſet encomiũ, à capite tertio vſque ad decimum vndecimo de illo profatur, quòd locũ infidelibus dederit mulieribus. Et quid inde boni fortiſitan ſperaueris? An quod illas ad veri Dei conuerterit

3.Reg.11. 4.

religionem? Nihil minus, ſed: *Deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur Deos alienos &c. Et colebat Salomon Aſtarthem Deã Sidoniorũ, & Moloch Idolum Ammonitarũ &c.* Perpẽde quæſo, quo medio diabolus vſus fuerit, vt cor & ſanctitate, & ſapientia celeberrimum, quale Salomõn habebat, perverteret: *Deprauatum eſt cor eius per mulieres.* Nec aliter poterat euenire (teſtatur Spiritus S.) illi mulieribus autem præbebat: cum

Ierem. 7. Mich. Eſdr. 2. Ibid.

illum iam Deus præmonuerat: *Super quibus Dominus dixit filijs Iſrael &c. Certiſſimè auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos earum.* Plenæ ſunt hiſtoriæ (teſte D. Hieron.) Græcæ & Latinæ, quanti viri ab vxoribus decepti ſunt.

XIII. Per mulieres introductæ ſunt hæreſes.

Homiliam exorditur D. Chryſoſtom. ſecundam in Ioannem, vt probet, mulierum proprium eſſe hæreſibus atque erroribus inducendis inſtrumentum: vna quippe mulier Paulum Samoſatenum peruertit, cumque reddidit male celeberrimum hæreſiarcham. Hoc proſequitur D. Hier. ad Cteſiph. qui eum circa doctrinam Rufini conſuluerat: Erat hic presbyter Aquileyenſis, in mundo nominatus, qui ex affectu quo Origenem proſequebatur, eiuſque doctrinã amplectebatur, librum confinxit eius doctrinæ patrocinantem, quem cum Xyſtus Pythagoricus cõpoſuiſſet, in lucem dedit ſub nomine S. Xyſti Papæ quo Pelagiani ſuis cõfirmandis erroribus vtebantur. Ad hoc Rufinus vſus eſt inſtrumẽto, muliere quadam acri præditâ ingenio, & diligenti, nomine Melania, de qua tractant D. Epip. Theodoret. Hiſtoria Eccleſiaſtica tripartita. Petiit Cteſiphon D. Hieronymi in hoc iudicium ac cenſuram: cui ille, quandòquidem Rufinus opera vtatur mulieris, extra dubium eſt, quin velit ſeducere: hoc enim perpetuum eſt hæreticorum ſtudium, mulierum opera ſibi conſulere, qua ſuas introducant fraudes, & perſuadeant hæreſes. Huius occaſione multas variaſque producit hiſtorias. Simon Magus mulierem quæſtuariam aſſumpſit Helenam quam alij Selenem appellant. Nicolaus Antiochenus, vnus ex primis ſeptem Diaconis quos elegerunt Apoſtoli, per mulieres mundum peruertere conabatur, ſicut Rex Balac Iſraelitas ſeduxerat.

Vide Marianum Victorium in hæc. D. Hier. Epiſtol.

Marcion, vt fideles Romanos in errorẽ traheret, mulierẽ præmiſit, quæ Romanorum animos ad eius errores recipiendos callida vafraque prepararet. Apelles per ſuam Philomenam nefarias ſuas ſeminauit hæreſes, & Montanus per Priſcam & Maximillam mulieres nobilitate diuitiiſque clariſſimas: ac vetera dimittamus & recentiora recolamus: Arius vt mundo technas erroris ſtrueret, Conſtantiam ſibi copulauit Conſtantini magni ſororem. Donatus vt Africam perverteret Lucillam aſſumpſit: In Hiſpania Elpidius Agapen prius hæreſi polluit &c. Sed ipſum audiamus Hieronymum: *Simon magus hæreſim condidit Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiorum repertor choros duxit fœminarum. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos ſibi animos prepararet. Apelles Philomenam ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi ſpiritus prædicator, multas Eccleſias per Priſcam & Maximillam nobiles, & opulentas fœminas primum auro corrupit deinde hæreſi polluit. Dimittam vetera ad viciniora tranſcendam. Arius vt orbem deciperet, ſororem Principis ante decepit. Donatus per Africam, vt infelices quoque fœtentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidium mulier virum, cæcum cæca duxit in foueam &c.*

D. Hier. Epiſt. ad Cteſiphon. aduerſus Pelag. T. 2.

XIV. Mulier facile virum decipit.

Patet mulier ſeductioni, quam paruo negotio diabolus in fraudem induxit; at multò facilius eſt vt mulier quæcumque voluerit viro fraudulenta perſuadeat. Quid non hominibus mulier credendum eſſe perſuaderet, ſi forma eleganti, ornatu meretricio grata prædicaret? Prouerbium eſt, ſufficit ipſa vt tibi de cœlo allium faciat: (a) Quæ corda non mouerentur? Si in illis theatris, in quibus famialiare eſt fœminas frequenter prodire in ſcenam, quales eſſe nouimus, comœdias, ex ſolo cantus auditu, & repræſentationis aſpectu, tantã poſt ſe trahũt acceptæ multitudinis: eorũ enim qui ſe inter ſapiẽtes iactãt, & circum illas vagantur, qui in republica cẽſentur cæteris eſſe digniores, quos ad libitum ſuum ſeducunt, ſic vt dicamus de illis hoc adagiũ: (a) quòd illis ſuper piſum tripudiare faciunt: Quid nõ efficere mulier primaria, nobilis, elegãs, multa gratia commendabilis, ſi pulpitũ alios doctura conſcenderet: In propatulo eſt, diabolo fore apertum oſtium vt ipſa doctrice, quælibet hominibus mendacia credenda proponeret. Aliam addit rationem D. Hieronym. Communiter hæreſes per delicias & voluptates carnis irrepunt: etenim veritas Euãgelij in cruce Chriſti fundatur, cui repugnant deliciæ, carniſque voluptates. Eius præcipuas offert delicias diabolus per

(a) Para hazer os del cielo cebolla.

(a) Los hazen baylar ſobre vn granaço.

In cap. 3. Hiere. in illud: Vade. Clama.

XV. Carnis deliciæ per mulieres inducuntur.

fœminas,

fœminas, vnde mulieres ſæpe ſæpiùs aſſumit in adiutrices, quibus ſuas hæreſes, erroreſque circumquaque diſſeminet. Idcirco, vetat Apoſtolus, ne mulieri prædicationis permittatur officiũ, docendique magiſterium: errorem enim maledocta; maleſuada ſeminaret: *Docere mulieri non permitto.* Taceant, & perpetuo adſtringantur ſilentio: tantum apertas habeant aures, quibus alios ſubditæ audiant, & quæ non nouerint addiſcant: *Mulier in ſilentio diſcat.*

## § 4. *Vtitur Dei ſapientia mulieribus, ad docendum: cum illis vſus fuerit diabolus ad seducendum.*

☞ 10 PEdem fige, monet D. Tho. Quid hoc? nonne multas mulieres nouimus omnes fuiſſe prophetiſſas qui mirabilia de diuinis myſteriis ſubtiliter eructarunt? vt Anna filia Phanuel. Debbora gubernatrix dux populi ſtrenua Iudaici: Holda vxor Sellum tanto ſpiritu diuinitus illuſtrata, vt populo magiſtra præfuerit. Duas oppono rationes. Prima ſit ex D. Chryſoſtomo quem ſequitur Thom. qui docet duos eſſe modos docende, publicum vnum in Eccleſia, & ex officio, particularem alterum, & in particularibus conuerſationibus. Mulieribus primum modum non permittit Apoſtolus ob prædictas rationes, benè quidem ſecundum: *Non itaque eam diſputationem doctrinæ, quæ ad priuatum vſum pertinet, amputando hoc dicit; ſed eam quæ in medio fit, & in communi theatro, quæ ipſis congruit Doctoribus.* Quod vlteriùs probat ſumpto argumento ex ipſo Apoſtolo, qui monet, ſeniores inſtruant iuuenculas, vt honeſtæ ſint, ſolitariæ, domus curam habentes, viris ſedulò ſeruientes filios diligenter educent, *Doceant adoleſcentulas.* Similiter mulieres ſanctæ & religioſæ, quæ viros patiuntur infideles, aut ſeductos, illos exhortentur, admoneant, & ſint velut ſilentes prædicatrices, & cõtinui canales: *Saluabitur vir infidelis, per mulierem fidelem.* O quantum efficere poteſt & prodeſſe mulier pia vt virum conuertat libidinoſum, doceatque prudens ſeruare caſtitatem, & colere pietatem! Sicut autem diabolus mulieris opera virum ſtudet peruertere, ita & Deus per mulieres ipſum lucrari adlaborat, vnde D. Pa. mulierẽ vocat *Vas vtile Domino, Vas*, id eſt inſtrumentum bellicum, & acquiſitionis: etenim eſſe debet potentiſſimum mulier ſancta inſtrumentum, per quod Deus oppugnat, & deuincit cor viri ſcortatoris, filiorum moribus ſylueſtrium, famularum, totiuſque familiæ. Quantum profuit Imperatrix Pulcheria Imperatori Theodoſio iuniori, vt in virum euaderet regia probitate ſpectatiſſimum? D. Greg. Nazanz. pia mater omnes filios educauit piiſſimos. D. Monica ſuis orationibus, lachrimis & ſingultibus mariti ſui, filiique Auguſtini à Domino ſalutem obtinuit.

His redundant exemplis S. Annales, & de Sanctis, ſimilibuſque ſucceſſibus. Inter quos illud non vulgare nefas eſt præterire. Neminem fugit, quod in domo contigit Abrahæ qui cum duos generaſſet filios, Iſmael ex Agar ancilla & Iſaac ex Sara vxore: *Vidit Sara Iſmaelem ludentem cum Iſaac filio ſuo.* Caſum autem hunc refert D. Hierony. ex communi Hebræorum opinione: vt Iſmael aduertit ſe maiorennẽ Abrahæ, notatque quòd in ablactatione Iſaac, geniale inſtituiſſet Abraham conuiuium, feſtumque lætitiæ, illique quàm ſibi demonſtrari apertiora indicat paterni amoris argumenta, cœpit illum execrari, perſequi, ludificare exprobrans: in quo ſe præcederet, quòd ſe pluris à patre haberetur, qui primogenitura præcurrebat. Vidit hoc Sara, & feſtina cucurrit ad Abraham, aitque: Domine mi, impatienter fero, quòd ille ancillæ filius pari paſſu cum filio meo procedat. Concluſũ eſt, quòd erit ille maior natu domus tuæ, & vt verbis parcamus: *Eijce ancillam & filium eius: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Iſaac:* *Durum hoc accepit Abraham pro filio ſuo.* Multũ etenim afficiebatur Iſmaeli, vt maiorenni, & Agar, quæ licet ancilla, reuera vxor eius erat, vnde ſic ait. ô Domina, quàm auſterè te habes, & mihi moleſta petit. Apparet illi Dominus: Abraham, non hoc vt præter rationem accipias quod tibi prudentiſſima conſulit vxor, imo res eſt plena ſapientiæ: quam ipſa poſtulat, & vera pronuntiat: nõ enim erit Iſmael primogenitus tuus, hoc autem filio tuo Iſaac reſeruatur, quocirca conſilium eius actutum perficere: *Non tibi videatur aſperum ſuper puero & ſuper ancilla tua, omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* Quis hoc non obſtupeſcat. Abraham ſapiens erat, Deique amicus, quales non multi, dicit nihilominus illi Deus, plus hac in te ſapere mulierem, quàm ipſum, cui & præcipit, vxoris in omnibus obediat voluntati: *Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius.* O Domine Deus quot, quæſo, maritis hæc liceat verba obiicere: quibus vxores duræ videntur & incõpoſitæ, & quæ poſtulant moleſta, & aſpera, ea tamen ſunt, quæ maximè conueniunt.

Nec

Lect. 7. cit.

Luc. ca. 2.

I. Duo modi prædicandi.

Lect. 7. cit.

D. Chry. Ho. 31. in Epiſt. ad Rom. T. 4.

Tit. 2. 4.

1. Cor. c. 7. 14.

II. Mulier pia multũ poteſt viris prodeſſe.

2. Tim. 2. 21.

Orat. de funere patris.

Gen. 21. 9.

Lib. de qq. Hebr.

III. Sara mulier virum docet Abraham.

IV. Ecce Rebecca Iſaac.

Nec hoc ergo minus admiremur, quod Iſaac cum Rebecca coniuge contigit: quæ ſterilitatis vitio laborabat, at oratione duos gemellos impetrauit; quibus cum eſſet grauida, ſenſit illos in obſtruſo ventris ergaſtulo ſe mutuo calcibus impetere, quibus pia mulier non mediocriter triſtis affligebatur: vnde in has querula voces erumpit: *Si ſic mihi futurum erat quid neceſſe fuit concipere?* Ad Deum recurrit, cui ille reſpondet: Non te frangat ô Rebecca iſta res, duos filios in vtero geris, & hoc ita mihi placuit: *Maior ſeruiet minori*: hic heres tuus paterna benedictione confirmabitur. In lucem prodeunt gemini maior Eſau, & minor Iacob, adoleſcunt, & pater maiorem amore proſequitur, at mater minorē: elabuntur anni, & inſtat hora, quā Iſaac impertiri deſtinat maiori benedictionem, vnde ſic illi: perge venatum fili, & præpara mihi cibum, quo libēter me veſci non ignoras: volebat enim Eſau ſuum conſcribere maiorennem. Audiuit rumorem Rebecca, & hoc agit, vt Iacob minorennis illum præueniat, & duos adferat hœdos parenti ad conuiuium: laruam induat pellium, & ſe fingat eſſe primogenitum. Abſit hoc inquit mater amantiſſima: fieri namque poteſt, vt me pater agnoſcat, credatque me ſibi voluiſſe illudere & benedictionem in maledictionem conuertam; Nequaquam hoc fecero. Curre velociter fili mi, age quod iubeo, non de hoc diutius diſcurrendum hoc quidquid eſt, in me ſuſcipio.

Fecit hoc mulier ſagaciſſima, cui ſuam Deus antea reuelauerat voluntatem, iuſtumque beneplacitum: adeſt hora, & rei probatur euentus: accedit Iacob, patriſque Iſaac rogat benedictionem, & poſt multa lætus illam impetrat: non enim ſciebat Iſaac, aut quid faceret intelligebat, *Sapientiā Dei illius linguam dirigente*, ſic inquiunt D. Chryſoſtom. & D. Auguſt. Heredem illum verbis inſtituit myſterioſis: quæ ſicut noſter probat Cardinalis Caietanus, nec ipſe illa capiebat, vxor autem eius illa nouerat, quæ ex diuina reuelatione à ſexaginta ſeptem annis prius edocta didicerat. Poſterior accurrit Eſau, cibos adfert patri benedictionem poſtulans quaſi ſibi debitam. Quid hoc fili mi? nonne tibi illam iam modo impertij? Mihine pater? Non mihi. O! tuus tibi frater paternam præripuit benedictionem: tunc illi Dominus omnia illa reuelat myſteria, quæ iam à ſexaginta ſeptem annis vxori ſuæ Rebeccæ reuelarat. O profundum myſterium? quantis redundat ſacramentis!

Primum edico: cum Iſaac vir eſſet ſumma & ſingulari virtutis excellentiā clarus, & Patriarcha præſtantiſſimus, non tamen illi à principio Deus ſuæ reuelat arcana prædeſtinationis æternæ circa duos illos geminos, indicat autem ea diſtinctè, & clarè mulieri, vult ipſa ſciat, quæ mater eſt filiorum, quam pater ignorabat, prædeſtinationem. Secundum ſit: ſcientiā voluit vti Dominus mulieris, vt diuinæ ſuæ perficeret ſecreta prædeſtinationis, quodque illa eſſet quæ modum componat quo illa compleantur, ita vt tamen maritus omnium quæ agebantur eſſet ignarus. Tertium propono, mulieris attēde prudentiam: quod enim illi Dominus ante puerorum partum reuelat arcanum, ſexaginta ſeptem annis tegit ſilentio, vt ne os quidem aperiret, aut verbulum vnum de hoc garrula proferret, nec coniugi, nec filio, ſibi vero ſoli fidebat ſecretū, quod nec marito reuelabat: licet autem fama mulieres accuſet eſſe picā loquaciores: multas attamen nouimus prudentes adeo vt tacere nouerint etiam ſexaginta ſeptem annos ætatis habentes; cum vtique tempus eſt loquendi.

Tandem aduerte, cum maritus Iſaac cœcutiret, ipſa tamen ita illuſtrabatur, vt omnia diſponeret donec poſtmodum omnibus peractis, illum Deus illuminarit in illa extaſi, quam paſſus eſt, auctore S. pagina, dum veniente Eſau, id nouit, quod ille, quem prius benedixerat Iacob eſſet, tum velut illuſtratus à Deo, factum ſuum confirmauit, & benedictionem: vnde ſic Eſau reſpondit: dicta non irritans, nec factum reuocans, ſed dicens: quod Iacob illi benedictionem præripuerat; quam ſibi perpetuò conſeruaret: *Benedixitque ei, & erit benedictus.* Mulieres ergo plures inueniuntur quas diuina regit ſapientia, eoque modo docet, vt in aliquibus plura quā viri nouerint, quæ viris ſuis ſanum dare poſſunt conſilium ipſos docere, ac dirigere, vnde illas Deus ad hoc vt inſtrumenta aſſumit: hæc etenim eſt ratio, ob quam Apoſtolus illas vocet: *Vas vtile Domino.* Vt diximus. — *Gen. c. 27. 32.* — *2. Tim. c. 2. 2.*

V. Mulier vas vtile, Domino.

Hoc ipſum idem Apoſtolus dilucidè monſtrauit; in epiſtolā ad Romanos, in qua profundam de gratia doctrinam eiuſque efficaciam expoſuit: ad finem igitur epiſtolæ, vt moris eſt, quibuſdam ſalutem vult apprecari, qui Romæ, non vt multi, in miniſterio Euangelij diligentiùs operabantur, & longam texit mulierum ſanctarum litaniam, quæ non minimam in hoc partem habebant, & illas ſingulariter cùm ſalutat, tum ex animo commendat. Primo loco ſtatuit Pheben mulierem piam, quam ſororem ſuam dicit, fuit autem nuntia, quæ litteras Corintho

VI. D. Paulus enumerat ſanctas fœminas.

tintho Romam deferebat, cui D. Paulus illa confidebat ( en quo medio Apoſtolus vtatur) hanc Romanis vnicè commendat, vt mulierem,
Rom.c.16. 1. de ſancto Euangelio bene meritam: *Commendo vobis Phœben ſororem noſtram quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ, quæ eſt in Cenchris, vt eam ſuſcipiatis &c. & aſſiſtatis &c. ipſa quoque aſtitit multis & mihi ipſi.* Statim commendationes annectit Priſcæ & Aquilæ, viro & vxori: *Salutate Priſcam & Aquilam &c.* Præponit autem ex induſtria vxorem viro (inquit D. Chryſoſtom.) eo quod reliquis grauior eſſet ac fidelior in doctrina & prædicatione nominatiſſimi magiſtri
Act.c.18. Pauli prout D. Lucas ſcribit. Alteram deinde commendat Romanam fœminam, nomine Mariam: *Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis.* Præterea non præterit Triphænam, & Triphoſam operarias Euangelij: *Salutate Triphænam, & Triphoſam: quæ laborant in Domino.* Ex eadem ratione commendat Perſidam: *Salutate Perſidam chariſſimam, quæ multum laborauit in Domino.* Nec non ſalutat mulierem matrem Rufi, quam & ſuam appellat, quo demonſtrat, quàm illi foret deuinctus, & quænam eſſent huius mulieris merita, vt eam D. Paulus matrem ſuam diceret, amaret coleretque vt talem: *Salutate Ruſum electum in Domino, & matrem eius, & meam.* Iterum prænobilem commendat mulierem Olympiadem.

☞ 11 VII. Quale fuerit fœminarum miniſteriũ. D. Tho. Omnes illæ (inquit D. Thomas) laborabant in miniſterio Euangelij; primò: ſeruiendo prædicatoribus, illos opibus ſuis ſuſtentando, ac neceſſaria prouidendo. Secundò: particularibus ſuis exhortationibus, quibus alios in fide confortabant, alios autem ad fidem conuertebant: *Laborabant exhortando alios & miniſtrando ſancta.* His vtebatur Apoſtolus vt animas fidei lucraretur, & illas recipiendæ prædicationi Euangelij præpararet. Qua de cauſa ( teſtatur Diu.
Ho.30.in Ep.ad. Roma. Chryſoſto.) Priſcam & Aquilam coniuges ſuos vocat coadiutores: *Salutate Priſcam & Aquilam cooperarios meos in Chriſto Ieſu.* Aduerte ( inquit ille) quo nomine coniuges illos compellet, *Cooperarios meos.* Dic mihi num dignior poſſit dari titulus, quo laudari poſſit ampliùs ſedulum in prædicatione Euangelij miniſterium? Huic optimè congruit, id quod narrat D. Luc. Percurrebat Apoſtolus prædicando Dei verbum partes
Act.c.16. 12. Myſiæ & dum Bithyniam cogitat: *Viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt; Vir Macedo quidam erat ſtans, & deprecans eum, & dicens: Tranſiens in Macedoniam, adiuua nos.* Opinantur SS. Patres hîc fuiſſe Angelum Prouinciæ cuſtodem, qui laborans & curam ſuſcipiens ſalutis animarum illius Prouinciæ, prout Angeli laborant, quibus quædam Prouinciæ, vel ciuitates commendantur, Apoſtoli rogabat ſubſidium, cuius prædicatio nõ minimum adferret emolumentum. Aduolat illuc Paulus, & appellit Philippos comite Sila coapoſtolo: Die quodam feſto: *Egreſſi ſunt foras portam, iuxta flumen vbi videbatur oratio eſſe,* id eſt orationis locus.

[Lib. de hæreſ.] Notat D. Epiphan. in more fuiſſe apud Iudæos & Samaritanos vt foris extra ciuitatem loca haberent orationi dedicata, quo confluebant vt à mundi tumultibus quiet[è] precarentur. [VIII. Oratoria olim ...] Et D. Hieron. ait illa communiter vicina fuiſſe fluminibus, quæ ſecum neſcio quod trahunt ſilentium, & minùs populorum percipitur illic ſtrepitus, fluxu aquarum impeditus. Sic nouimus (inquit) Prophetam Ezechielem ad ripam fluminis Chobar in Babylonia foras egreſſum, & Danielem ad ripam Tigridis, vbi cœleſtibus illuminabantur viſionibus. Notat Origenes illud Domini, ad Moyſen præceptum, quando miſſus ad Pharaonem vt ei fidem adhiberet, virgam tranſmutauit in ſerpentem, & denuo ſerpentem in virgam, nec audire eum Pharao voluit obduratus, nec præceptis contumax obedire; dein illi mandat: *Vade ad eum mane, & ecce egredietur ad aquas, & ſtabis in occurſum eius iuxta ripam fluminis.* Idem iniungit, denuo reuerſus vt faceret, poſtquam plurimis ſignis oſtenſis illis credere, & verbis Moyſi Dei nomine prolatis peruicax Pharao recuſauit: *Conſurge diluculo, & ſta coram Pharaone: egredietur enim ad aquas & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi.* Cauſam inquirit Origenes, cur Deus hoc ita decreuerit, vt colloquium Moyſi cum Pharaone ex parte ſua, ad ripam haberetur fluminis, ad aquas? Hic more ſuo licet Origenes ad allegorias confugiat: rationem tamen eius cum D. Hieronymo, licebit adferre ex aquarum conditione: quæ habent neſcio quam virtutem recolligendi ſpiritum & ad cœleſtia contemplanda reddendi attentiſſimum: *Illud quidem primum* (loquitur Orig.) *à nobis non inaniter obſeruatum, quod primò quidem Moyſes non intrare permittitur ad Pharaonem, ſed occurrere ei ad aquas.*

[IX.] Hoc quoque non leuiter tranſeundum quod ſummoperè commendat noſtrã Cæſar auguſtã, quo D. Iacobus Apoſtolus accedens noctibus ad oram fluminis Iberi ſecedebat cũ diſcipulis ſuis oraturus, vbi ineffabili illa potitus eſt viſione, in qua Beatiſſima illi apparet Virgo Maria co-

lumnæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lumnæ Iaſpidis ſupereminens, illi hoc præſcibens, eodem in loco celeberrimum extruat oratorium, quod Hiſpaniæ noſtræ decus eſt & gloria; cui pro fundamento maneret ſacroſancta illa columna in qua virgo ſederat, illique locuta fuerat in ſignum conſtantiſſimæ fidei, quæ ſemper eo in loco incorrupta, firmaque ſeruaretur.

Igitur extra portam vrbis Philippenſis circa ripam fluminis locus erat orationi deputatus, quo confluebant oraturi, ſiue fuerit Synagoga, ſiue ſacellum, ſiue oratorium, vel omnia ſimul:

*Lib. 3. de vita Moyſis*

Philo namque arbitratur Synagogas pro oratorijs ſumptas fuiſſe, quod S. Scriptura non obſcurè deſignat: quæ Synagogam Bethuliæ vocat Eccleſiam ad quam omnes oraturi conueniebãt. Illo, inquit Apoſtolus, iuimus,

*Iudith c. 6*

*Et ſedentes loquebamur mulieribus, quæ conuenerant:* Illud (*Sed. mes*) ex mente D. Aug. ſignificat, quòd ex propoſito & datâ operâ conſederint.

*L. 2. q. ad Simpl. q. 6*

X.

*Cum Apoſtolus cũ muliere in loco ſacto loqueretur.*

O Dei Apoſtole, ſi quid ſapio, malum alijs præbes exemplũ, dum ſeparatim ex induſtria, ſedendo cum mulieribus in loco precibus dedicato confabularis; quod ſi alijs in locis id notetur & in malam accipiatur partem, hic dicetur eſſe ſacrilegium. In hodierno Euangelio narrat Euangeliſta, quòd reuerſi Apoſtoli de ciuitate: vbi cibos emerant, & videntes Chriſtum cum muliere ſolum cum ſola colloquentem non modicum ſint admirati: *Mirabantur, quod cum muliere loquebãtur;* cum hoc ita eſſet, vt ipſi Chriſtũ probè cognoſcentes nihil poſſent mali ſuſpicari: qua ratione tu iudicia & admirationem non præuenis, quam Philippenſes elicere poſſent, dum te vident ita de propoſito cum mulieribus colloquia miſcentem, ſed nec te tuumque diſcipulum Silam agnoſcunt.

12 Auſim ego dicere, quòd illo tempore loca dicata orationi tam ſancta ab omnibus haberẽtur, vt nemini in mentem veniret, ſuſpicari, quod illud de quo in loco ſermones miſcebantur, licet vir cum muliere clanculum & ſeparatim loqueretur, eſſe poſſet aliquid mali, talique loco indecorũ. Sit hoc, vel fuerit ſingularis S. Spiritus impulſus, intendebat Apoſtolus cum mulieribus habere ſermones non de fabulis, non de illicitis, aut inanibus, ſed ſicut modo Saluator noſter ſe mulieri coniunxit illis prædicans, & eas erudiẽs. In quo & arte quadam ſibi valuit Apoſt. diuina, qua ſibi illas deuinciret, cùm vt neceſſaria corporis acciperet tùm vt vteretur tanquam inſtrumentis, quæ modò tales, modò alios ciues, inducerent, vt audirent, & reciperent veritatem Euangelij, quod D. Paulus eiuſque comes Sylas diſſeminare proponebant: hoc enim eſt, quod de ſanctis teſtatur Apoſtolus mulieribus: quòd *Laborabant in miniſterio.* Huic autem negotio non contemnendam nauabat operam mulier quædam purpuraria, quia, vt notat Baronius; **XI.**

*Lydia purpuraria commẽdatur.*

a. artificium hoc erat in republica maximè decentiſſimum, & Lorinus b. expendit. Hæc Lydia vocabatur, ex Prouincia Thyatiræ oriunda. *Quedam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirenorum, audiuit &c.* Et verè ſic ſe res habuit: etenim Apoſtolus his aſſumptis mulieribus magnum in prædicatione Euangelij fecit progreſſum: Quod & ipſe poſtmodum fatebatur, quando ſcribens, & exhortans Philippenſes, vt in audita fide perſeuerarent, illis hoc imponit, vt duarum maximè fœminarum negotia curarent, Euodiæ ſcilicet, & Synthiches, illaſque familiari ſuo vnicè commendat: *Adiuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio, cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis.*

*a In Martyrologio die 3. Augusti.*

*b Ca. 16. Acto.*

*In Act. c. 16. 16.*

*Philip. 4. 3*

Hæc verba perpendens D. Chryſoſto. ſic ait: *Videntur autem mihi hæ mulieres, caput fuiſſe Eccleſiæ, quæ ibi erat.* En qualis exaggeratio, & hanc adfert, ob diligens ſtudium, quo ſuis adiuuerunt exhortationibus, vt in illa ciuitate Euangelium, D. Paulo prædicante, reciperetur, ita vt illas cũ S. Clemente coniungat (attende quis ille fuerit) ceteriſque prædicatoribus ſuis comitibus. *Mecum laborauerunt cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis.* Quomodo hoc? Non incongruè: non enim minus adeſſe conuenit Dei ſapientiam ad bonum, quam dæmonis malitiam ad malum: & ſicut hæc, mulieres ſibi ſociat, vt animas decipiat & Satanæ mendacia perſuadeat: ratio ſuadet, vt illas ſimiliter Dei ſapientia ſibi coadiutrices accipiat, vt ipſis perſuadeat doceatq; Chriſti veriſſima myſteria. Hoc igitur eſt prodigium, quod hodie, magnus ille Dominus operatur, aſſumens ſibi mulierem, qualem audiuimus, quæ 13 cum ſemper fuerit medium diaboli continuum, quo viros excœcaret & ad libidinẽ prouocaret, modò ſit etiam, vt illos efficiat ſpirituales, fideles, cœleſtique luce colluſtratos.

*D. Chr. Ho. 14. in ep. ad Philip. T. 4*

## §. 5. *Per hanc Chriſtus mulierum reſtituit honorem: quam creat Archiapoſtolam, eaq; ſe coronat.*

*a Epiſt. ad Principiã in prologo ſuper Sophon. & in proœmio lib. 10. in Iſa. & l. 1. contra Iouinian.*

SEcunda reſponſio propoſito condignior depromitur ex D. Hier. a. & ex D. Ambr. b, & ex D. Auguſt. Verum hoc eſſe, communiter non permitti mulieribus prædicationis officium,

*b Li. 10. in c. 24. Lucæ in illud: Sed & mulieres.*

ficium, nec docendi magiſterium, imò hoc illis ex legis præſcripto prohiberi: attamen aliquando Deus vt brachij ſui fortitudinem oſtenderet, exemplarque proponeret, diuino ſapientiæ ſuæ conſilio illas aſſumere voluit in ſui illarũque honorem non minimũ: *In hoc* (inquit D. Ioannes) *apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli:* quorum hoc vnum erat, quod mulieres vt leuiores, ſeductas, ſeductrices, mendaces infamarat, & vt tales indignas audiri, dignas autem perpetuo ſilentio, quæ loqui in diuinis myſterijs prohiberentur, & incapaces ad miniſtrandum, & Dei prædicandum veritatem cenſerentur, in pœnam eius quod ipſæ primum induxerint, & Satanæ viro mendacia perſuaſerint. Studet Saluator humani generis hoc reparare damnum, hanc illis auferre ignominiam, infamiam reparare, & honore decorare ineffabili, creans ipſas ſuorum eminentium prædicatrices arcanorum, ſuiipſius tam paſſibilis, cum hoc in mundo viueret, quàm impaſſibilis, cum è ſepulchro ſurrexiſſet. Omnia diligenter attende (monet Diu. Ambroſ.) & patebit mulieribus præ omnibus iniunctum fuiſſe, vt myſteria legis totius totius Euangelicæ maximè profunda & creditu difficilia nempe reſurrectionis Dominicæ, prædicarent. *Ne perpetui reatus apud viros opprobrium ſuſtineret, quæ culpam viro transfuderat, transfudit & gratiam, veteriſq; lapſus compenſat reſurrectionis indicio Per os mulieris, mors ante processerat, per os mulieris vita reparatur, Gratias gratia Dei* loquitur D. Auguſtin. cum de SS. Virginibus & Martyribus, nominatim Felicitate & Perpetua luculenter perorat.) *reparauit enim ſexum muliebrem. In opprobrium magnum mulier remanſerat, quia ab initio per mulierem peccatum &c. Sed Chriſtus natus de Virgine multas exaltauit.*

1. Ioan. 3. 8.

I. Diabolus fœminas infamauerat quas Chriſtus honorat.

*Loc. cit.*

D. AMBR. *Tom.* 3.

D. AVGV. *Trac.* 5. *ad temp Barbarico c.* 5 *Tom.* 9.

Simili modo, cui primum prædicationem myſteriorum ſuæ perſonæ commiſit, quando ſe mundo manifeſtabat, fœmina fuit, abiecta, ſcortum aquaria adultera (mirare conditiones talium prædicatricis myſteriorum) mulier nempe Samaritana, cuius lingua ſua propalat altiſſima myſteria quæ legis doctiſſimi, hebetes non intellexerant, populo omnium, quos mundus vidit nefandi limo, Samaritanis. Et hoc ad nominis ſui gloriam, & poteſtatis diuinæque gratiæ oſtentationem. Supremam brachij ſui fortitudinem multò voluit Deus patefacere euidentiùs, quàm in mundi creatione declarauerat. Illic diuinam cunctis patefecit omnipotentiam hoc creans vniuerſum, cœlum ſuis lucidum ſplendoribus maioribus ac minoribus, terram ſuis ornatam herbis ac fontibus, aëra refertum auibus: nullus autem horum creare quidquam poterat, qui maiori quàm infinitâ non pollebat potentiâ, porrò denique hæc omnia Deus operatus eſt, aſſumpto medio non minus efficaci, quàm omnipotenti brachio. Medio autem adeò potenti atque efficaci, non eſt quod miremur opera produci, quæ omnes vt prodigioſa demiramur.

II. Deus ſuâ maximè prodit omnipotentiam in creatione mundi.

Suam attamen potentiam declarare voluit euidentiùs in huius mundi reparatione, quocirca, dum opera cogitat longè prioribus eminentiora, medium aſſumit, debile, vile, impotens, quale ſibi nullus imaginetur. Vt omnes ſibi ſubiuget diabolos, principes inferni potentiſſimos, ſpiritus, quibus non eſt qui reſiſtat ſuper terram, non Angelos aſſumit cœlicolas, non naturam induit Angelicam, ſed carnem mortalem, infirmam, quæ ſecum non niſi languores trahit: quæ cumulus ſit malorum, quæ colluties ſit miſeriarum: *Expolians Principatus & Poteſtates &c. triumphans illos in carne ſua.* Verba ſunt hæc quæ D. Auguſt. pro ingenij ſui acumine ad rem producit, notanter autem illud: *In carne ſua,* quod noſtra vulgata ſcribit: *In ſemetipſo.* Diuitias conferre vult infinitas, ad hoc medium aſſumit, extremam paupertatem: *Egenus factus eſt, vt illius inopiâ diuites eſſemus.* Vt gloriâ nos coronet ineffabili, labores ſocios trahit intollerabiles, pro vita mortẽ. Dei precor, cum Apoſtolo potentiam attende, qui mundum ſtatuens illuminare, hæreſes exterminare quibus mundus obſitus inuoluebatur: ad hoc en quale ſumpſit inſtrumentum: *Non multi ſapientes, non multi nobiles &c. ea quæ ſunt, &c. infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* Vt quid? *Vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis.*

Coloſſ. 2. 14.

Lib. de Agone Chriſti ...

2. Cor. 8. ...

1. Cor. 1. ...

2. Cor. 4. ...

Quantò igitur patet euidentiùs, hæc media tantis operibus vires non habere compares, tantò quoque clariùs omnibus conſtans, Dei hic virtutem operari omnipotentem. Vnde gloriari ſolebat Deus modo quòd gigantem proſtrarit inſtar turris altiſſimum, à capite ad calcem armis coopertum, operâ minoris Dauid, ita omnibus inermis, vt non niſi fundâ procederet armatus. Modò tam copioſam Madianitarum ſuperans exercitum, qui arenam maris multitudine vincebat, non ferro pugnando ſed hydrias luteas collidendo. Nunc muros Iericho fortiſſimos ad ſolum tubarum clangorem demoliens. Notat D. Ambroſ. de viduis ... victoriam Iudith nulla obliuione delendam: in quâ ſeſe offerunt duo genera contrariorum, hæc corporalia, potentiſſimus nempe Holofernis exercitus; coronâ cingens Bethu-

III. Deus in mundi reparatione ... diuinitatem ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IV. Iudith vidua Holoferni ſuperat potētiam.

Bethuliam ; alia ſpiritualia : proſtratus nimirum populi Dei animus, ignorantia Principum Sacerdotum & Magiſtrorum, inopia conſilij, reſolutiones imprudentes, & diuino honori iniurioſæ. Vt autem hæc omnia ſuperet aduerte, quæſo, quibus vtatur mediis, muliere vidua, in angulum retruſa, tantum inepta vt de ſuo tanta valeat cudere ſtratagemata, qualem mulierem nouimus eſſe ſolitariam, armis inexpertam, ludiſque gladiatoriis inſcientem ( erat autem hæc Iudith ſanctiſſima ) & ea mediante docet Sacerdotes, lectionem illis prælegit altiſſimam, ignorantiam conuincit, & vt magiſtra Sacerdotum vniuerſalis ipſos, omnemque populum ſapiēter inſtruit: ita doctrinam proponens de ſpiritualibus, & profunda Theologia quantum ad diuinam ſpectat prouidentiam ac ſpei virtutem, ſicut de regulis militaribus in modo procedendi quem hoc in bello obſeruare deberent, & pro ſeipſa ſimiliter, nulla alia requirens arma, quam ſeipſam, Duci illi ceruicem abſcindit, qui terror erat vniuerſi, totumque illum ſupprimit exercitum quo nullus orbi formidabilior. Ita hoc eſt Dei præclariſſimum opus, talibus mediis tales operari effectus; quod optimè ipſamet exponit Deo decan-

Iudith. 16.

tans gratiarum actiones. *Dominus conterens bella, Dominus nomen illi.*

Hinc Apoſtolus Dei prædicat eximiam in cōuerſione mundi gloriam, oſtendens, quòd hoc opere ſuas oſtenderit vires, diuinæque potentiā ſapientiæ, cum mundum illuminaturus, ſapientes conuicturus, philoſophos ſibi ſubiecturus, Imperia, regnaque ſuperaturus, non Angelos

V. Deus vilibus vſus eſt mediis ad magna prōden-tenda.

aſſumpſerit, non terræ gigantes, non Doctores in Academiis exercitatiſſimos, ſed pauperes piſcatores, homines idiotas, litterarum ignaros, quibus nihil magni vmquam venerat in mentem, orbis opprobrium; *Videte fratres vocationem veſtram, quia non multi ſapientes, ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes, &c. & ea quæ non ſunt.*

1. Cor. 1. 26.

Enim verò ſicut in creatione mundi ſupremū hoc admiramur prodigium, quòd de palpabilibus, cimmeriiſque tenebris Dei potentia lucem eduxerit cœleſtem, ſic & in mundi reparatione, cœleſtem eduxit lucem, quæ & mundum illuſtrauit, ex tenebris denſiſſimis, quales erāt homines adeò ignoti, obſcuri, & nullius æſtimationis.

2. Cor. 4. 6.

*Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris.* Magnum reuera & mirabile prodigium, verumtamen, videtur D. Ioa. illud de Samaritana hodiernum iſti præponere, & quaſi primiceriū ſtatuere, quod cæteris omnibus, quæ Chriſtus per ſuos edidit diſcipulos, dedit principium, tanto mirabilius, quanto mulier hæc infamis Apoſtolis erat inferior: quia

VI. Vt patet in mundi creatione & recreatione.

populum illuminaturus, quo nullus denſioribus immerſus tenebris, contumacior nullus, Samaritanos intelligo, prout diximus, mulierem aſſumit tam obſcuram, tam vilem tam infamem, tam libidinoſam, luxuriarum ſentinam, ſparcitiarumque ſterquilinium. Ipſa eſt, quam primam Euangelij ſui creat prædicatricem, & de nigerrimis his tenebris, lucis diuinæ ſolem producit clariſſimum, qua tenebroſam illam illuminat ciuitatem. Vnde liceat aliquo modo hanc ob cauſam illam nuncupare Archiapoſtolam.

En tibi vnde hoc in opere ſuam Saluator diuinam orditur oſtendere potentiam, & ni fallar, ſuper hoc voluit Apoſtolus cætera ordinare, quæ proſequitur. An tibi excidit quod diximus, quod Samaritani à Spiritu S. vocentur. *Populus ſtultus*, & adeo vilis, vt diceretur: *Non gens*? At. ende vide ſuam Chriſtus incipiat virtutem oſtendere & proſequitur Apoſtulus hanc Saluatoris victoriam, iiſdem vſus verbis: *Quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus &c. & ea quæ non ſunt, vt confundat fortia. Stulta mundi*: leges ibi. *Populus ſtultus*: *Ea quæ non ſunt*: Habes ibi: *Non gens*: *vt confundat fortia.* Præ oculis habuit, quantum conicio hoc opus Apoſtolus. Tu quoque illud conſidera, in ſuprema populi peruicacia, populi, quē mundus aluit obfirmatiſſimi: mediante enim tali muliere, illum conuertit, illuminat, iuſtificat, & ſanctificat. Nec id ſolum, inſuper eo ipſo fortes confundit & ſapientes, ſcilicet Doctores, Sacerdotes, Scribas, Phariſæos: qui hoc medio duriſſimā pectoris eorum declarat rebellionem, profundā voluntatum malitiam, horrendam intellectuum cœcitatem: etenim cum ipſe in propria eis perſona prædicauerit, oculos cœleſtis lucis ſuæ radiis illuminauerit, doctrina, ſigniſque confirmauerit: nedum in illum non crediderunt, at inſuper & eum eiecerunt, Samaritani vero, populus, quem illi cæteris nequitia præferebant, inuiceterata malitia deteſtandi, crediderunt, & dicto, ac prædicatione mulieris illuminantur, illius, inquam, mulieris, quam omnium peripſema, quæſtuariam, terraque non dignam agnoſcebant.

1. Cor. 1. 26.

VII. Phariſæorum ex hoc notatur peruerſitas.

Duriores multo erant illis præfecti fiſcales in condēnatione Samaritani, quā vel Niniuitæ, vel Regina Saba, quantū inter Ionā & Salomonem & mulierem hanc intereſt propudioſam. Exprobrare illis licebit: *Viri Samaritani ſurgent in*

*iudicio cũ generatione iſta, & condemnabunt eam:* illi namque ad mulieris exhortationẽ crediderunt, fidẽ acceperũt, illi verò, nec ad meam quidem: *Ecce pluſquam mulier Samaritana hic:* Quinimò hac ex cauſa D. Ioan. hanc ſcripſit hiſtoriam, non minus propoſito congruã, quàm miraculum de reſuſcitato Lazaro fama celeberrimũ, Miracula elegit illa, quæ reliquis euidẽtiùs diuinam Chriſti loquebantur potentiam, & inter hæc, duo hæc nominatim enarrat, cum autẽ minimi ſcripturæ eius apices, plura contineant myſteria, quàm cœlum fulgeat ſideribus, illa tamen duo ita non ſuccinctim percurrit, ſic vt nec vel minimas omittat circumſtantias, & eas quidem ita diſtinctè proponat, vt in earum enarratione longum atque integrum conficiat capitulum, quo declaret, hæc opera eſſe gloria Chriſti præſtantiſſima, poſſitque ſcriptura iſta nuncupa-
2. Cor. 4. 4 ri: *Euangelium gloria Chriſti.*

Optimè diximus, ſimilem Chriſti Domini fuiſſe cum Oſea intentionem, vt hanc ſibi mulierem eligeret in ſponſam, & notaretur illud,
Prou. 12. 4 quod de muliere pronuntiat Spintus S. *Mulier diligens ſenſata corona eſt viro ſuo.* Singulare nouimus Dauidis facinus. Copias educit in campum bello laceſſens Ammonitas, grauioris iniuriæ reos, qua legatos ſuos irreuerenter nimis af-
VIII. fecerant: Dux eius generalis Ioab obſidione
Allegoria cinxit Rabba, huic ſuperuenit Dauid, commiſſũ eſt prœlium. Victor ingreditur Dauid ciuitatem illamque ſubegit. Obtenta victoria, & direptis ſpoliis, occurrit illi diadema coronaque idoli Melchon, quæ Dauidis capiti ſuperponitur, qua coronatur, ſecumque defert vt trophæum triũ-
2. Reg. 12. phi ſingulare: *Tulit Dauidcoronam Melchon de*
30. *capite eius fecitque inde ſibi diadema, & impoſitũ eſt ſuper caput Dauid.* Colebatur Melchon vt primarium Ammonitarum idolum, in quo dæmones confidebant, hoc autem nomine vocabatur, quod interpretatur *Rex eorum:* eo quòd Rex & Dominus inter Deos eorum adorabatur: vnde
2. Reg. c. 12 quod dicitur: *Tulit diadema Regis eorum;* legitur.
1. Parali. *Tulit diadema de capite Melchon.* Ille ipſe eſt, to-
c. 20. 2. ties nominatus, qui aliàs dicitur Meloch. Quærit Lyranus; qua ratione hoc fecerit Dauid? Quomodo Rex ſanctiſſime, tibi coronam imponis idoli, ſeu diaboli? Neſcis illud lege prohibitum, quæ nedum præcipit, nihil accipiendũ, ſed nec tangendum imò nec deſiderandum aliquid idolorum Gentilium, verum hanc eſſe Dei vo-
Deut. 7. 5. luntatem: *Sculptilia eorum combures & non concupiſces argentum & aurum, de quibus facta*
LIRAN. *ſunt.* Opinatur Liranus, quòd Dauidi non eadem ipſa ſe coronauerit idoli corona, ſed quòd eam prius igne purificauerit, iuxta legis præſcriptum, & de ea poſtmodum ſuam compoſuerit. *Primo conflauit, & purgauit metallum ſecundum purificationem legis.* Et hoc innuit textus: dicendo: *Tulit coronam Melchon &c. fecitque ſibi inde diadema.*

Veriſſimè myſterium hic latet, quo Spiritus IX.
S. indicare voluit prototypon eius, quod acturus eſſet magnus ille Dauid Chriſtus, qui capturus ac deuicturus eſſet primarios illos peccatores, quibus ſe diabolus coronabat, diadema Satanæ glorioſum, illos autem eſſet purificaturus, ex quibus ſibi coronam conflaret cæteris illuſtriorem; exemplo patet in Magdalena, Paulo, Matthæo, Zacchæo, nominatim autẽ in hac muliere, quæ diadema erat Satanæ, qua ſe honorabat, & vitæ laſciuiam venerisque protegit proluuiem hanc apprehendit, & primum igne purificat amoris ſui diuini, verbiſque flagrantiſſimis, de quibus dixerat: *Nonne verba mea ſicut ignis,* Hãc in nouam conuertit creaturam, cum illa per fidẽ matrimonium contrahit, vt Oſeas cum vxore fornicariorum, & in ſui decus ad coronam diſponit, vt vadat in Samariam, & ſit omnibus in propatulo, quod: *Mulier ſenſata, ſeu diligens corona eſt viro ſuo.* Hanc ſibi imponit, hac gloriatur, & vt diximus aliquo modo creat Archiapoſtolã, quæ proinde ipſo ſic volente Romam caput Eccleſiæ decoret. Fuit autem virtutum omnium amplitudine inſignis, nomine Phatina, cenſeturque inter Sanctos Martyrologij 20. Martij; vt Baron. cuius caput, ſic Deo diſponente Romæ aſſeruatur in Eccleſia D. Pauli, magnaque habetur in veneratione: quod non ſine myſterio factum recolimus vt in eadem locaretur ciuitate, in qua D. Petri cathedra ſtatuitur, & in Eccleſia D. Pauli: illis etenim vult cœleſtem ſuam ſponſam Deus honorari. Ad has nuptias ſe hodie Princeps ille cœleſtis diſponit illamque ad puteum præſtolatur, illi loquitur, illam inſtruit. Illò igitur accedamus doctrinam, quam diuinus ille Magiſter exponit, audituri.

Notat D. Hieronym. de Apollonio Thyaneo, quod infinita percurrerit milliaria, gentes innumeras peruaſerit, vt tandem ad fontem per- X.
ueniret, vbi fama ferente præclarus ille Philoſophus Hiarcas morabatur, diſcipulis ſuis de corporibus cœleſtibus, eorum motibus ac ſtellarum influentiis doctrinam tradens diſertiſſimã. At grauior nos vrget ratio, hodie vt iter aggrediamur animis noſtris, & ad fontem ſeu puteum Iacob aduolemus: ibi namque verus Hiarcas

manet Saluator, Patris æterni ſapientia, mulieri declarans non horum corporum ſecreta cœleſtium, ſed diuinæ ſuæ myſteria gratiæ ac gloriæ; placeatque illi iiſdem plenius inſtruamur.

## §. 6. Venit in ciuitatem Samariæ. *In Samaria ſe Chriſtus effundit velut Nilus in Ægypto, quod ſi ſponſa non aperiat, ad alteram tranſibit.*

VEnit Ieſus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar. &c. Erat Samaria Prouincia celebris, multis fœcunda ciuitatibus, cuius Metropolis erat Sichem, vt ait Ioſephus quæ ſic antiquitus vocabatur (inquit D. Hieron.) quæ Chriſti tempeſtate voce corrupta dicebatur Sichar, modò verò Napolis Syriæ, vrbs nominatiſſima, tum quia ad pedem montis ſita eſt Garizim, quem Dominus elegerat, vt in eo mille. darentur benedictiones Dei legem cuſtodientibus: cùm ob memorabiles euentus quos ibi fama ferebat accidiſſe: Hic primus locus fuit, quem nouimus deſtinatum, in quo Deo extructū fuit altare per Abraham Patriarcham. Fuit enim prima regio ad quam Abraham appulſus eſt, quando Dei præcepto patens egreſſus eſt de Chaldæa terra ſua, venitque in Palæſtinam. Hic inſignis ille Patriarcha Iacob, rediens ex Meſopotamia „ cum vxoribus, & filiis ſubſtitit, multoque de„ moratus eſt tempore cum ipſis & pecoribus, „ vbi & agrum emit à filiis Hemor, puteumque „ aperuit illum notiſſimum, quem vt talem Ioſeph „ filio ſuo in partem conceſſit patrimonialem. Hic „ idem Iacob aui ſecutus exemplum, vt in principio terræ promiſſionis Deo vero in honorem „ erexit altare, cui titulum præfixit: Deo fortiſſi„ mo: quia infinitam eius expertus fuerat in ſe „ potentiam, & confidens, quòd eadem & illū de„ fenderet tutū, & facta ſibi promiſſa fidelis perficeret. *Et erecto altari, inuocauit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſrael.* Et credit D. Hieronymus „ quòd ibidem Iacob ex claudicatione conualue„ rit, quam ex lucta cum Angelo contraxerat: eo„ que ſenſu verba illa capiuntur S. paginæ, quæ vt „ dicat, eum ad talem locum perueniſſe, ſic ait; „ *Tranſiuit in Salem ciuitatem Sichimorum.* Et verè „ non eſt proprium ſed appellatiuum, non enim „ ſignificat Salem, id eſt, Hieruſalem, cum illa, il„ lo in loco nō eſſet; ſed idem quod nos dicimus, „ *Sanus, & incolumis*; indicatque quòd bene ſanus, „ ad ciuitatem acceſſerit Sichimorum, vt noſter proſequitur Cardinalis Caietanus.

Io. 4. | Lit. Ant. | In Epita. Paulæ. | I. Quæ fuerit vrbs Sichar. | Deut. c. 11. | Gen. c. 12. | Gen. 33. | Gen. 33. 20. | In q. q. Hebra. | Gen. 33. 18. | Gen. 34. 13.

Hic caſus ille contigit lamentabilis, in quo duo filij Iacob, Simeon & Leui arreptis gladiis tam horrendam exercuerunt hominū ſtragem in vindictam commiſſi per principem. Hemor ſtupri & raptus Dinæ ſororis ſuæ. In tantum excreuit locus iſte nomen, vt in eo ſepulchrū acceperint oſſa Ioſeph Patriarchæ: Dauid non ſemel, hoc inter maxima ſua cantabat fortunia, quod regiones & loca circa ciuitatem hanc poſſet diſponere, *Exultabo & diuidam Sichimam.* Nec hoc pro magno reputandum, cum D. Hier. prætendat, quòd hic Rex imperauerit maximus ille Sacerdos Melchiſedech. Attamen ex variis ſucceſſibus in tantam degenerauit nequitiam, vt in ea populus habitaret, quo ſub cœlo nullus iniquior: ſi namque primi regionis illius incolæ mali fuerint, Chananæi, multiiuga peruerſitate nebulones, teſte Spiritu S. vt in tantorum criminum pœnam inde meruerint exterminari, peiores multò fuerunt incolæ, Dei populus, qui illam intrarunt, & poſſederunt: Hic enim primarius fuit locus, in quo idola erigebantur, quibus in tanta lapſi ſunt ſcelera, Deumque adeo grauiter offenderunt, vt iuſta peccatorum vindicta, ex duodecim tribubus decem in perpetuam deiectas ſeruitutem perdiderit. Tandem, vt præfati ſumus: inde omnes eliminauit, & ſi nequam fuerint illi ſequentes multo fuere nequiores, gens aduentitia, totius orbis nequiſſimi, vt diximus.

Gen. 34. | Ioſ. c. vlt. | Pſ. 107. 8. | Li. de locis Hebraicis. | In lib. Sapientia.

II. Quis ſit mons Garizim.

Hoc in monte Garizim templum idolis ædificatum eſt in æmulationem & contrapoſitionem templi Hieruſalem, tantaque animi pertinacia, vt perſuadere conarentur, hunc eſſe montem ſanctum, in quo preces fundendæ, & nequaquā in monte Moria Hieruſalem, vnde in quæſtionem verterunt populo Dei ſacras ceremonias, ſancta ſacrificia, veramque religionem, ſicut modo hæretici Catholicis. Quocirca de illis ſe Spiritus S. exponit: dum ait: *Duas gentes odiuit anima mea, tertia non eſt gens, quam oderim, qui ſedet in monte Seir, & Philiſthijm, & ſtultus populus, qui habitat in Sichimis.* Eratque hoc adeo frequens, & ſi quis aliquem probroſo vellet nomine diffamare, illum diceret Samaritanum.

Ecc. 50. 17

In hanc igitur terram venit Saluator noſter totus amore colliqueſcens. Eum in Hieruſalem Scribæ & Phariſæi ſuis nequitiis, diabolica inuidia, & hypocriſi ſceleratiſſimi grauiter irritarant. Placebat ipſis ſummopere, quòd Herodes Rex de eorum illum abſtulerat conſpectu, qui illos ſuis tam grauiter irritauerat reprehenſionibus,

Domini

Domini ſcilicet præcurſorem. Aduertunt quòd
eodem tempore Chriſtus exurgat miraculis do-
ctrinaque clariori, & copioſiori turbæ multitu-
dine, quàm alter vbique frequentior, qui ſimili-
ter eorum in lucem producit arguitque ſcelera,
quid moliuntur? Chriſto ſeſe fortiter opponunt,
in eius necem conſpirant, & tanto ſe ſtudio eius
profitentur inimicos, vt Nicodemus licet *Prin-*
*ceps Iudæorum* inter illos, doceri cupiens ab illo
cœleſti magiſtro interdiu illum accedere vere-
*Ioan. 3. 1.* retur ſed noctis tenebris coopertus aditet. *Venit*
*ad Ieſum nocte.* Decretum erat Chriſto illos de-
ſerere, & in Galilæam reuerti pertranſire Sama-
riam vtique intermediam, ibique miſericordiæ
ſuæ fontes effundere copioſiſſimos; vt in eo hoc
*Amos 9. 5* Vatis Amos impleretur. *Dominus Deus exerci-*
*tuum, &c. aſcendet ſicut riuus omnis, & defluet ſi-*
*cut fluuius Ægypti.*

☞ 17 Fluuius Ægypti, Nilus eſt ſuis famoſus inũ-
III. dationibus, hic vnus eorum qui de paradiſo ſca-
Quis ſit turiunt, & in mare magnum ſe effundit: certis
Nilus autem anni temporibus alueum ſuum egredi-
fluuius. tur, & per omnes ſe diffundit campios incultos,
*Lib. 5. c. 5.* eiriceta, & arenaria illa rigat, fœcũdat vt meſſẽ
proferant vbertimam. Plinius opinatur, hoc ex
eó procedere, quia cum ex multis pluuiis ſupe-
rioribus, magnam trahat ſecum arenarum quan-
titatem quai do illæ ad mare confluunt, littoris
fluctibus repulſæ, fluminis cauſant inundatio-
nem. Ego vero ſentio inundationem venire ex
horridis quibuſdam ventis, qui certis ſpirant
temporibus, quibus maris vndæ tanto pelluntur
impetu, vt illas Nili faciant exundare; ſicut flu-
uij Seuillæ: cum enim maris aquæ vento com-
pulſæ vehementiori, Nili fluminis aquis oppo-
nuntur, nec locum cedunt vt in mare ſeſe exone-
rent, alueum flumen ſuum excedit, ſeque per
terrarum arentia diffundit, illaque vberrimè fœ-
cundat.

I V. O Chriſte Sanctiſſime, clamat præſciusAmos,
Chriſtus *Dominus Deus exercituum*, Nile piiſſime, qui de
Nilo cõ- paradiſo prodiſti, vt te in Iudæa exonerares: *Ego*
paratur. *ſapientia effudi flumina. Ego quaſi trames aquæ*
*Eccli. 24.* *immenſæ de fluuio. Ego quaſi fluuius Dorix, & ſi-*
*40.* *cut aquæductus exiui de paradiſo: dixi: Rigabo*
*hortum meum plantationum, & inebriabo prati*
*mei fructum.* Cœleſtis ille fluuius in mare dif-
fluit Iudææ inter Phariſæos: hac de cauſa Hie-
ruſalem aſcendit, Metropolim & partem maris
huius principalem. Furibundi ſpirant & conſpi-
rant continuò venti rabidi liuoris, ac ſuperbæ
malitiæ, qui fluctus agitant Phariſæorum Scri-
barumque decumanos, illi huic ſe opponunt
acriter, reſiſtuntque furioſi. Quid ages, Nile cle-
mentiſſime? Num impetus ſe veſter continebit?
hoc minimè, ſed *defluet*, alueũ excedet, & prata
illa ſyluestria Samariæ rigabit, in illa doctrinæ
ſuæ ſignorumque fluenta deriuabit, quibus
meſſis colligetur lætiſſima, totius conuerſio ci-
uitatis. Hoc vult Euangeliſta capiamus, quando
dicit. *Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur*
*Sichar.* Si diuinæ ſuæ miſericordiæ riuo poſue-
ris obſtaculum, ſuoſque detinueris torrentes
tempeſtuoſis illis ventis tuæ cupiditatis, luxu-
riæ auaritiæ, factionis, ne credideris, quòd arena
deficient, in quæ ſe diffundet, ſed exiliet velut
fluuius, alueum ſuum egreſſus, illa que aquas
aliis ſuperfundet, te verò ſterilem, arentemque
deſeret infructuoſum. Ne tibi perſuadeas, quod
ſuæ Deus continebit curſum miſericordiæ, do-
norum, gratiarum ac gloriæ, non tibi vim infe-
ret ſi illas recuſaueris: neminem enim cogit,
qui ſumma nos regit ſuauitate diuinaque ſa-
pientia, quæ hoc exigit, vt quodlibet ſecundum
ſuam regatur naturam, nulla facta violentia, ta-
lis autem eſt hominis natura, vt ſit ſuis in a-
ctionibus non coacta ſed libera, porrò, ſi contu-
max tu eius nolis recipere miſericordias & do-
na tranſibit, aliiſque communicabit, in quos ve-
rus ille fluuius ſua gratiarum effundet fluenta,
in non leuem tui confuſionem, animæque ia-
cturam.

Ad oſtium accedit ſponſæ, factus fons fauorũ
& gratiarum, eo deſiderio, vt illam bis affatim
opulenter, portam pulſat, vociferatur, inuitat:
*Aperi mihi ſoror mea, caput meum plenum eſt ro-*
*re, & cincinni mei guttis noctium.* In propatulo
eſt, inquit D. Gregor. quod ait Apoſtulus: *Caput*
*Chriſti Deus.* Hoc caput pleuum eſt rore. Quid
eſt hoc? Hoc eſt reſpondet D. Gregór. Nyſſen.
quod decantauit Iſaias, agens etenim de effe-
ctibus, quos in mundo Saluator eſſet operatu-
rus, ait: quòd venit rorem ex ſe emittens vberri-
mum, qui poſſit omnem procul abigere mortẽ,
& veram infundere vitam, omnem profligare
infirmitatem, ſalutem diuinam fortemque im-
pertiri: *Viuent mortui tui, interfecti mei reſur-*
*gent, &c. quia ros lucis ros tuus.* Septuaginta
transferunt: *Nam ros, qui à te ſanitas ipſis.* Hanc
lectionem ſequuntur Græci Patres, & declarat
ex profeſſo D. Auguſtin. nec non expendit Ter-
tullian. legens: *Ros tuus medela, vel medicatio eſt*
*illis.* En quàm eleganter exponat diuinæ gratiæ
effectus, quibus Chriſtus hunc mundum irriga-
uit, & quàm ſint illi propria epitheta, ros qui
mortem arcet, vitam tribuit, ſanatque infirmita-
tes.

ter. Attende quid ros in herbis operetur, quæ prius languebant, concidebant, & areſcebant, illas extollit, fortificat, noua decorat viredine, elegantia, & vita, languorem reparat, & viuificat areſcentes.

O quæ mirabilia operatur in anima Dei gratia, quæ mortua in perditionem corruerat! Ros eſt cœleſtis, qui vitam illi tribuit; criminũ eius ſanat infirmitates, intellectum illuminat, voluntatem corroborat, ardorem temperat concupiſcentiæ, motus refrœnat iracundiæ. De hoc rore, teſte D. Greg. loquebatur inſignis ille Iob, dum
Iob.29.10 ait: *Ros morabitur in meſſione mea.* Quæ ſententia
Lib.29.Mor cap.7. Catholicam (inquit D. Gregor.) vult aſſerere veritatem, nullam ſcilicet fieri poſſe meſſem cœlo, ſine rore illo cœleſti. Hic de capite fluit Chriſti, de eius, inquam, diuinitate: etenim ex illa procedit omnis gratia, vt proprius effectus: nam illam præter Deum dare poteſt nemo: *Gra-*
Pſ.83.12. *tiam & gloriam dabit Dominus.* Capilli cogitationes mentiſque ſignant deſideria, quæ ex anima, ſicut capilli de capite enaſcuntur. Illi ſunt, inquit, pleni guttis noctium.

18 In mentem tibi veniat pluuia illa à Domino cœlitus miſſa Iſraelitis mãna ſcilicet, cibus ineffabilis, omni ſapore delectabilis: *Pluit illis man-*
Pſ.77.24. *na ad manducandum.* En qualis diuinus ille ſpõſus, cuius caput fons ſit roris gratiarũ, cuius capilli nubes ad miſericordiæ manna depluendũ:
VII. Sponſo pulſanti non aperit ſponſa. ad hoc ſponſã inuitat: *Aperi mihi ſoror mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctiũ.* Vitã gratia ſua quærit animæ tuæ largiri, & ſuis illam curare malis, iacturã reparare, peccata dimittere, famem releuare, donis te implere cœleſtibus, onuſtus adeſt, vt in te ſeipſũ donaque ſua liberalis exoneret. *Caput meũ plenũ*
VIII. Varias obtendit rationes. *eſt rore.* Non illi confeſtim aperuit ſponſa, ſed pulſus ſenſit, voces audiuit, illas agnouit: vnde ſic ait: *Vox dilecti mei pulſantis.* Nõ dubito: vox illa vox eſt dilecti mei, ille vocat, ille percutit oſtiũ: hæſit nihilominus, nec aperuit, varias obtru-
Cant.5.3. dens rationes: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Frigus eſt, quis pedes exponat terræ? O præcellens myſteriũ! An factu poſſibile, vt cognoſcens, quòd ſponſus eſſet qui pulſabat, credẽs ab ea vera dici, quòd rore diuino madidus adeſſet, & eminentiſſimis ac cœleſtibus gratiis, vt illam ditaret, curaret, ſanaret, ipſa non aſſurgat, non ſponſo, omni poſita mora, aperiat?

En quàm aptè te ſpiritus ille diuinus deſcribat, quoties dum luxuriæ & cõcubinatus ſtrato decumbis, tu tuæ ambitionis, tuæ tu cupiditatis, tui tu rancoris & odij, tuæ tu leuitatis, & volup-
IX. Peccator Deo non aperit. tatum, ad animæ tuæ portam diuinus ille quotiat Sponſus: *Aperi mihi ſoror mea?* Quoties eius percipis voces, in cordis tui penetralibus? Anima iam tandẽ à peccato reſurge, anima mores iſtos corrige, ad æternam te ducunt perditionem, caue tibi, ne mors te repentina rapiat damnandã, attende flammas te manere ſempiternas, duraturas quamdiu Deus, Deus fuerit, eò tu cœca feſtinas, conſidera, te pati iacturam gloriæ cœleſtis, gratiæ Dei, ſocietatis Angelorum, iuris regni cœleſtis. Vos ego omnes interrogo, haſne voces percipitis? Certum eſt, quòd & ipſi fatemini, illas eſſe perpetuas. Dic ergo, num illas eſſe
X. Quæ ſint eius friuolæ rationes. Dei cognoſcitis? Numquid vobis manifeſtè patet impulſus iſtos ſponſi eſſe dilectiſſimi? Illinc aperitis? Vos iudices eſtote. Mille congeruntur excuſationes. Qua ratione talem manu mittam? hæ meæ ſunt deliciæ & vitam mihi deficere perſuadeo, quo die illam non videro? Quomodo reſtituam illud, quod iam in ſanguinem corpuſque conuerti? Quomodo parcam illi, qui tanta me impudens laceſſiuit iniuria? Quis modus illud deſerendi, ex quo tantam haurio voluptatem? His omnibus demoramini, nec animæ portas aperitis, nec ingreſſum ſponſo permittitis deſidioſi.

Quid credis, ſponſum agere, à te paſſum repulſam? Num ſic rore illo intinctus ibidem hæſit? num illam ſibi reſumpſit gratiarum pluuiam? Nũ ad ſuum, vnde venerat, cœlum indignans reuertitur? Minimè gentium, ſed ad aliam declino domum, cum in illa mihi portas non reſerent, & recuſent recipere, nec me meaque velint dona gratiarum, transeamus ad alteram. *Ille declinauit atque tranſiuit.* Quod ſi
XI. Chriſtus ad alios tranſit. eius miſericordiis contumax obſiſtas, nec eius dona gratiaſque digneris acceptare, quibus te benignus inuitat & deſidioſus tuis te paſcis deliciis, voluptatibus, ſceleribus, nec aperis pulſanti, ad alium tranſibit de quo nemo ſuſpicabatur, illum Sanctum efficiet, ſuam illi infundet lucem, diſponet, quatenus recipiat, fructumque referat ex ſanctiſſimis ſuis Sacramentis, diſtinctam omnium faciens criminum exomologeſin, frequens ſit ad menſam Domini, vt eius viuifico corpore ſaginetur; te vero deſeret, vt omnis inops gratiæ in tantæ pœnam rebellionis in æternum pereas.

Noſtin' quantò in miſeros illos animaduerterit ſupplicio Rex qui toties inuitati ad nuptias impudentes: *Noluerunt venire?* Nemo virorũ il-
Matt.22. lorum, qui vocati ſunt, *guſtabit cœnam meam*, de-

licias ſibi præparatas. Attamen par non erat; vt non expenderentur : etenim ſummi erant pretij & magnis Regis ſumptibus extructæ. Præcipit, vt famuli in plateas , & exitus viarum feſtiui proſiliant,& ad nuptias adducant , quoſcumque inueniſſent,aridos cœcos,claudos,debiles famelicos, laceros, vt paratis iam nuptiis potirentur, quas alij faſtidioſi contempſerant. Quoties ſuas Deus miſericordias pauperi communicat vetulæ,triſti operatio? Hic Chineuſem illuminat, ibi Iaponenſem inſtruit ſuorum prædicatione miniſtrorum, tu verò cœcus remanes , omnis expers diuinæ ſuauitatis , & donorum inops ac gratiarum? Hanc perfidis illis Chriſtus parabolam dixit , qui rebelles eum recipere noluerunt eiuſque gratiarum dona vltrò oblata deſpexerunt. Sit ita, num creditis, vobis illa reſpuentibus,mihi quod ſim illa ſeruaturus aut aliquis ſit defuturus , cui illa communicem.? Ego me in hæc ericeta,& ſylueſtria exonerabo, in publicanos & peccatores, vt illo cœleſti rore in ſidera
Matt.21. 31. perficiantur cœleſtia. *Publicani , & meretrices præcedent vos in regno Dei*. Et hoc perficit hodie, Iudæos deſerit ſui deſpectores,& ad arentes declinat benignè Samaritanos.

§.7. Fatigatus. *Quærit ſecundus Adam in ſudore vultus ſui panem, & viſitat ſummus Pontifex ſuam Diœceſim pedes.*

☞ 19. EXacerbatus igitur Dominus hypocriſi vermiculoſorum illorum intolerabili, qua ſēper Saluatorem mirum in modum fatigarant, proponit tandē excedere. Hieruſalem,imò ipſa Iudææ Prouincia , & verſus Galilæam iter carpere : quia verò Samaria , media interiacebat, illam ingreditur, & eius Metropolim ciuitatem petit Sichar. Æſtiuum erat tempus & aura feruens:conſiderato namque textu D.Ioannis, bimeſtre vel trimeſtre foret poſt Agni Paſchalis feſtiuitatum , quæ ad finem Martij vel medium Aprilis celebrabatur, igitur circa Iunium,vel Iulium, quo tempore calores ſunt intenſiores, ſol feruentiſſimus, terra calidiſſima,& inſtar arenæ maris aridiſſima,longum iter,greſſus Domini feſtiuus & diligens, ipſe delicatus, vt qui corpus habebat opere Spiritus S. ſingulariter efformatum. Acceſſit autem adeò viribus fatigatus , ſolis ardoribus exhauſtus, ſudore madidus ad campum in quo puteus ille Iacob ſcaturiebat , vt præ nimia laſſitudine ad oram putei ſe proſterneret. Manibus ſub axilla conſtri-

I. Chriſtus tendit in Galilæā.

ctis & brachiis ſeu puluinari innititur, ex ſacratiſſima eius fronte ſudor diſtillat vberrimus, facies vt roſa vernans in Maio rubet guttis noctium irrorata, ventum colligit refrigerantem ex aquis exurgentem : *Ieſus autem fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem.*

Conſiderans D. Auguſtin. Dominum ſic ſedentem,& fatigatum, & ad oram putei innixū, verba illa protulit, quibus omnes innitimur. *Hic iam incipiunt myſteria*: quæ ſunt hæc noua myſteria? Myſterium eſt profundum , videre Chriſtum ab itinere fatigatum: quæ namque conuentio Chriſti cum fatigatione? Quomodo quadrare poſſunt, eſſentia Saluatoris,& fatigationibus alterari? Si Apoſtolum interrogemus , quis eſt Chriſtus? reſpondet: *Eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ Patris, portans omnia verbo virtutis ſuæ*. Confirmatur ab omnibus , ſplendorem non obſcurari , gloriam non pati laſſitudinem. Modò videmus Dominum illum , qui nullo labore portat omnia verbo virtutis ſuæ , fatigari, & ab itinere fatigari. Numquid non illud eſt grande myſterium? Si à Iob percunctemur, quis eſt Ieſus? reſpondet: *Eſt fortiſſimus robore, ſub quo curuantur qui portant orbem*. Si ſit igitur ipſa fortitudo , in cuius conſpectu, qui portant orbem, genua flectunt inclinati , qua ratione fatigatur? Si velimus ſcire, quis ſit Ieſus, ipſe nobis reſpondet D. Ioannes: *Eſt verbum Patris, per quod facta ſunt omnia: Extendit cœlos, fundauit terram, montes ponderat , abyſſos palmo concludit.* Si lubet intelligere , num hæc omnia præclariſſima condens opera fatigetur , prodit Iſaias nobis hoc exponens : *Qui extendit velut nihilum cœlos.* Septuaginta legerunt : *Sicut cameram ſuis ornamentis depictam, ſole, luna, & ſtellis*. Hæc omnia creauit, quaſi nihil crearet, quia nec ſenſit, nec paſſus eſt , maiorem ad hæc omnia facienda laborem, quàm pateretur , ſi nihil omninò condidiſſet. Quinimò creato iam cœlo, & vaſtiſſima hac machina conſtituta , ſeipſum in quietis locum obtulit , in quo ſolo verè poſſet homo requieſcere. Et hoc ex mente D. Auguſti. indicant hæc verba : *Requieuit Deus ab omni opere , quod patrarat.*

Inſuper tanto opere perfecto, adeò omnis manſit expers laſſitudinis , vt ſeipſum obtulerit in refrigerij locum, & ſedem quietis omnigeni laboris vniuerſalem. Si igitur Dominus ille , qui tanta portat opera infatigatus , Ieſus eſt, quomodo dicitur: *Ieſus fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem* ? Quis ſapiens hic altiſſima neget myſteria? Numquid admiratione dignum eſſet,

eſſet, ignem videre frigore congelari, niuem calore ferueſcere, fontem vberrimas ſcaturientem aquas præ ſiti exareſcere? Myſterium eſt, videre virtutem fatigari, fortitudinem flacceſcere, fontem irrigantem paradiſum Dei, ſitientem, machinæ cœleſtis robur, concidere, mare, quod omnes Dei gurgites & continet, & flumina concludit, ad ripam putei conſidere, leue captare refrigerium. *Ad puteum vires reſumit*, inquit Tertullianus.

Tertul. Lib. de patie. c. 9.

Docet nos Apoſtolus quòd primus Adam ſymbolum fuerit & figura ſecundi: *Primus Adam, qui eſt forma futuri*, licet autem in hoc multis verum appareat, quæ longos exigunt diſcurſus, hoc ſolum expende, quod neminem latet: ſcilicet, quòd primus Adam in paradiſo fuerit ſummis affluens deliciis, omnium Dominus creaturarum, ad manum habens arborem vitæ, ſi illa potiri vellet, immortalis euadebat, quem mundi non poterant moleſtare miſeriæ Dei præcepti tranſgreſſor illo expellitur, mortalis & paſſibilis in huius mundi vallem lachrymarum, & ſpinarum eticetum eiicitur, vt per illum obambulans panem ſibi lucraretur in ſudore vultus ſui, & multa laſſitudine cibum quæreret fatigatus; hanc Domini complens in ſeipſo ſententiam: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*. Hæc omnia in Adam ſecundo, nimirum Chriſto conſidera.

Rom. 5. 14.
III. Chriſtus Adam ſecundus.
Gen. 3. 19.

Paradiſo lætabatur æterni Patris ſinu gratiſſimo, in quo bona omnia, vera beatitudo, gloria Dei immenſa: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*. Hoc verbum: *In principio* nedum dicit, æternæ generationis Verbi æternitatem, inſuper & in illa declaratur Pater filij Principium. Quinimò & illum Theologus appellat: *Fontale principium totius Deitatis*, quo glorioſus D. Hilarius Patrem intitulauit. Ibi dominio gaudet omnium creaturarum, & *Dominus eſt vniuerſorum*. Deinde iam factus homo, de ſeipſo ſic teſtatur: *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo*. Et alio in loco cum Patre locutus ſic ait: *Omnia tua, mea ſunt*. Naſcitur Dominus vniuerſorum: quia teſte Apoſtolo, talis eſt, cum ſit legitimus Dei filius. Hoc in paradiſo fructu arboris vitæ ſuſtentatur diuina nempe ſua natura, in qua bona continentur omnia. *Oſtendam tibi omne bonum*. Et hinc bene ſequitur in ipſo eſſe vitam æternam, imò & ipſum eſſe æternæ vitæ principium. Ibi viuit impaſſibilis, immortalis, omnium deliciarum gaudiorumque fonte beatiſſimus.

Ioan. 1. 1.
IV. Chriſtus vt Adam in paradiſo.
Matth. 11. 27.
Ioan. 17.
Exo. 3. 3.

Attamen ex occaſione peccati, & vt diuinæ per omnia ſatisfaceret iuſtitiæ, quæ peccato paſſa contumeliam integram exigebat ſatisfactionem, ex diuino illo egreſſus eſt paradiſo: *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*. Habitauit in mundo nobiſcum in tempore, qui ab æterno, in patris æterni habitauit intellectus paradiſo. *Exiui à Patre, & veni in mundum*. Illo egreſſus eſt paradiſo, vt in mundo peregrinus moraretur. Adeſt D. Auguſtinus *Qui venire ad nos eo modo dignatus eſt, vt in forma ſerui aſſumpta carne appareret, ipſa carnis aſſumptio, & iter ipſius, adeo fatigatus ab itinere, quid aliud quã fatigatus in carne? Vide quid in carne egerit; ieiunauit, orauit, lachrymatus eſt, circuibat per vicos & caſtella, iam videbis eum à Iudæa in Galilæam, iam è conuerſo à Galilæa in Iudæam, iam videbis eum declinantem ad Tyrum & Sidonem, iam petentem Ieroſolymam, iam ab ea recedentem.* Inde deſcendit mortalis & paſſibilis noſtra veſtitus carne, vt terram hanc percurreret, doloribus pœniſque miſerandam, vt corporis fatigatione, & vultus ſui ſudore panem, quo nutriatur, lucraretur. Quis porrò cibus eius, niſi animæ? Accedunt hodie diſcipuli, panem quem coëmerant, adferunt, & manducandum apponunt: *Rabbi manduca*; quibus ille: *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis*. Non ille meus cibus eſt, non ille me ſatiat, iam mihi alius longè ſuauior offertur, quem vos ignoratis. Admirantur Apoſtoli, & ſibi mutuo colloquuntur. *Numquid attulit ei aliquis manducare?* O quantum aberratis, inquit Dominus, hoc ſcitote, cibus quẽ ego deſidero qui ſapiat appetitui, quem exopto, animæ ſunt, quas vult Pater illi lucrifaciam. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius*. En modo tradidit mihi Pater vnam, vt magnæ cœnæ præcipuum ferculum, quæ mihi de tot paratur quot in hac vrbe ſunt animæ?

Ioan. 1. 14.
V. Chriſtus vt Adam paradiſo egreditur.
Ioan. 16. 28.
D. Au. Loc. cit. T. 9
VI. Chriſtus vt Adã in ſudore vultus veſcitur pane.

Hic eſt cibus eius. Qua ratione illũ operabitur, lucrabitur, acquiret? *In ſudore vultus ſui*. Labore, fatigatione corporis. En tibi illum: *Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem*. *Conſiderate* (monet Apoſtolus) *Pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum*. Suæ viſitationem aggreditur diœceſis, locorum regionis Palæſthinæ. Hanc enim vt ſibi propriam vendicat, illa numquam egrediens, illam viſitans perſonaliter. Licebat illi viſitationem, ſic vt non fatigaretur, inſtituere: non enim illi deerant equi ventis velociores, ſuper quorum alas teſte Propheta, Dominus ille graditur. *Qui ambulas ſuper pennas ventorum*. Non rhedæ volatri-

20
Hebr. 3. 1.
VII. Chriſtus Epiſcopus pedes ſuam viſitat diœceſim
Pſ. 17. 11.

volatrices,quia illas paratas habebat, de quibus
Abac.3.8. Vates ſic Abacuc. *Quadrigæ tuæ ſaluatio.* Currus
habebat velociſſimos, cum ſibi famulantibus il-
los miniſtret igneos,equoſque flammeos, quali-
bus Eliam Prophetarum in paradiſum tranſtu-
4.Reg.c.2. lit terreſtrem. Millia millium ſunt illi fercula,
millenis extructa Seraphinis,qui ſibi hoc de of-
ficio gratulantur, quibus incedere conſueuit.
Pſ.67.18. *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætã-
tium, Dominus in eis.* Quinimò ex Angelorũ ma-
Luca 16. nibus ferculũ confecit,quo anima mendici La-
zari in ſinum veheretur Abrahæ; & innumeros
habet Angelos huic muneri deſtinatos:vt ſeruos
ſuos ſuſtollant, & ab omni caſu,atque offendi-
Pſ.90.11. culo ſeruent incolumes. *Angelis ſuis Deus man-
dauit de te &c. in manibus portabunt te, ne forte
offendas* &c. Horum nullo voluit vti:quia in ſa-
lutem noſtram pedes voluit inſtituere viſitatio-
nem, tantò ſe labore conficiens, vt ex itinere
laſſus,ad ciuitatẽ appellens Sichar, ſe proſternat
ad puteũ. *Fatigatus igitur ex itinere ſedebat* &c.
Quoddam capiens ex aquarum gurgite refrige-
VIII. Deus amicis ſuis, aquas, & nubes refrigerantes prouidit. rium. *Ad puteum vires reſumit.* O dulciſſime Ie-
ſu, qui primitus iteratis viribus, ad ſeruorum
tuorum ex via fatigatorum recreationem,petras
emolliſti duriſſimas, & ex iis aquarum fluenta
deduxiſti in deſertis aridiſſimis, vbertate tanta,
tantaque requie, vt illos aquæ comites per de-
ſerta ſequerentur.

Hoc ita interpretatur D. Hieronymus dixiſſe
Apoſtolum: *Conſequente eos petra.* Quod illos pe-
In ca. 10. 1. Cor. tra fons iugitur manans ad refrigerium & vo-
luptatem ſequeretur:de quo poſtmodum. Fami-
liare tibi fuit fontes in arenoſis ſterilibus aperi-
re ſaniſſimos ac dulciſſimos. Amicis tuis D. Iu-
liano, D. Clementi, D. Vincentio, D. Magino,
quibus redundant Sanctorum hiſtoriæ. Addo,&
in refrigerium Ducis tui Samſonis ex mandi-
bula aſini fontem iuſſiſti ſcaturire. Facile tibi
fuit ô Domine, ad itineris leuamen filiis tuis
per deſerta gradientibus mittere nubis vmbra-
culum, quo protecti à ſolis ardoribus ſerua-
rentur incombuſti: prout quoque feciſti in ho-
norem Sancti Martyris tui Petri, quo in publi-
co contra Manichæos hæreticos foro diſpu-
tante, & omnibus non leuem ſole cauſante mo-
leſtiam, ait illi primæuus hæreticus; in quem
cæteris acriùs inuehebatur: ſi tanta ſit Dei po-
tentia,quantam eſſe fingis, ab eo flagita, ſuper
locum hunc nubem extendat refrigerantem,
ne ſolis ardoribus nimium adſtantes exurantur.
Quid loquar? antequam famulus tuus ſuos ad
te oculos dirigeret, hoc effeciſti, vt calor ille
nimius in auſtrum verteretur temperatiſſimum.

Eodem modo ſeruo tuo Medardo clemens
adfuiſti,qui cum minorennis eſſet, & in aperto
campo ſubita decidente pluuia premeretur,aqui-
lam illi deſuper miſiſti, quæ puerum alis ſuis vt
vmbella protegeret, ita vt ne vna quidem illi
adferret gutta moleſtiam. Addatur & illud, ne
Martyres tui fideliſſimi fornacis ardentiſſimæ
Babylonis ignibus cremarentur rorem illis pro-
uidiſti ſaluificum, quo flammarum ardores in-
tenſiſſimi,mitteſcerent, & in hortum mutarentur
odoriferum. Tandem laudet te Sanctus ille, cui
per vaſtam incedenti planitiem aquilam demã-
daſti,quæ ala vna caput illi à ſolis radiis tutare-
tur, altera verò plumario velut ventilabro ven-
tum leuiorem excitaret. Tibi verò cunctos ca-
loris ſeruaſti labores,ſudorem, laſſitudinem, ſi-
tim, famem,afflictionem, & quidem talem, vt
præ nimia defagitatione ad oram putei conci-
deres laſſus, ſitiens, deficiens. Quid te fatigat,
cœli requies? quid te affligit gaudium Angelo-
rum? quid te premit leuamen afflictorum? Op-
tima noui, Domine mi;& ex tuo hoc colligo
Euangeliſta dum ſic addit: *Hora erat quaſi ſex-
ta*: dum ſol nos meridianus vrit ardentius vt
dixit Spiritus S. *In meridiano exurit terram.* Ig- Eccli.43.
nis oportet ſit,& eſt amoris, quò vt alter Oſeas
inflammaris.

## §. 8. Fatigatus ex itinere. *Laſſauit Chriſtum labor itineris: cuius corpus inter omnia creata perfectum aptumque fuit, vt in eo pateretur: ex vaticinio Dauid.*

MVltas SS. Patres congerunt huius Chri-
ſti fatigationis rationes, eaſque omnes
omnino præcellentes. Prima facilis eſt
intellectu, ob aëris intemperiem, intenſionem
caloris, itineris diſtantiam; nominatim autem
ob diuini corporis carniſque teneritudinem.
Hoc nos quotidiana docet experientia, quod
tantò magis vel minus ex labore quis fatige-
tur,vel onus,pœnamque ſentiat,quantò eſt com-
plexione tenerior, & quod non ſolum non fati-
quet,imò ſæpius recreat agricolam,inſtar quer-
cus robuſtum in terram proſternit principem,
frangitque delicatum. Nullum fuit vnquam
corpus, eorum quæ Dei manus omnipotens
condidit, quod magis eſſet ad patiendum diſ-
poſitum, & ad dolores pœnaſque ſentiendum
aptius, quàm Chriſti corpus: illud etenim
ſingulari quadam intentione organizauit for-
mauitque

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mauitque Spiritus S. Eminentem planè cœleſteũque continent verba illa philoſophiam, quæ Dauid in perſona Chriſti protulit, expenditque congruè materiæ D. Paulus: *Sacrificium & oblationem noluiſti &c. Corpus autem aptaſti mihi*. Ita legit Apoſtolus. Quod pſalmus habet: *Corpus autem perfeciſti mihi*. Non tibi ô Pater æterne, vetera illa ſacrificia ſatisfecerunt, nec integrè tibi placuerunt: ideo præparaſti me, vt vnum tibi dicarem, quod tibi infinitè ſatisfaceret. & eo fine: *Corpus perfeciſti mihi, corpus aptaſti mihi*.

I. Duo corpus habuit Chriſti: primum, quòd fuerit perfectum: *Corpus perfeciſti mihi*. Alterum, quòd aptum intentioni fuerit: *Corpus aptaſti mihi*. Refert de ſeipſo D. Auguſtinus quòd ad quarumdam enodationem difficultatum, quas illi propoſuerat Romanus quidam nobilis nomine Marcellinus, ad cuius inſtantiam ſimiliter compoſuerat viginti duos libros de ciuitate Dei tres ediderit tractatus *De apto & pulchro*; (licet modò non exſtent) diſcrimen expen-

II. dens quod eſt inter perfectum & pulchrum ſiue aptum: quod eſt, quod dicimus intentioni ſeu propoſito conuenire: quòd perfectum reſultet ab intrinſeco, ſine reſpectu ſeu ordine ad externũ; at aptum, ſeu propoſito conuenire ex eo procedit cuius cauſâ fit: pulcher & perfectus in ſe eſt ſmaragdus, attamen non dicitur aptus, ſiue congruus niſi in ordine ad illud, ad quod ipſum deſideras, ſiue ad annulum, ſiue ad opus vulgare aurificum. &c.

III. Duas hæreſes inuenio circa corpus Chriſti, quas multis ante centurijs annorum conuincere voluit Spiritus S. ore Dauidico; quidam enim hæretici effutierunt, corpus Chriſti, verum non fuiſſe ſed phantaſticum & apparens, ſicut illa in quibus apparent Angeli, ex aëre formata. Hæc fuit hæreſis Manichæi, eiuſque ſequacium. Alij mentiti ſunt, verum quidem fuiſſe corpus, ſed quod caro eius, non eſſet paſſibilis ſed ſpiritualizata, & virtute Diuinitatis impaſſibilis, qualis noſtra futura eſt in die reſurrectionis. Hoc errore lapſus eſt Valentinus habuitque aſſeclas innumerabiles. Has duas hæreſes diſſoluit Rex Dauid; dicens quod in corpore eius hæc duo præfulſerint: perfectum: *Corpus perfeciſti mihi*, & aptum: *Corpus aptaſti mihi*.

Primum: perfectum fuit vt nullo defectu notaretur in perfectum, ex ijs quæ corpus humanum ad ſui perfectionem exigit, in potentijs, in ſenſibus, in carne, in oſſibus, neruis, venis, arterijs &c. vt opus ſingulare Spiritus S. de puriſſimo eius ſanguine formatum, quod vincebat Angelos puritate: *Corpus perfeciſti mihi*, Secundũ: aptum, & ad intentionem effectum: *Corpus aptaſti mihi*. Ad quid? In quem finem Chriſti formatum eſt corpus? Vt in eo filius Dei, dolores, pœnas, mortemque pateretur, & in altari Crucis offerretur: hoc enim ſacrificium neceſſarium erat, quo iuſta Patris æterni ira placaretur, cui dicit, vetera non ſatisfeciſſe ſacrificia. Illud ergo faciens aptum & patiendo congruum, corpus eſſe debebat ad hoc ceteris corporibus paſſibilibus aptius. Redempturus nos erat: dolores, pœnas, mortemque toleraturus, & quia, teſte D. Paulo, tantò quis, plura meretur, quantò plura patitur: *Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum laborem* (quam doctrinam perdoctis argumentis proſequuntur D. Chryſoſt. a. & Diu. Bern. b.) aptauit illi corpus magis paſſibile, magiſque aptum, vt pateretur, ſentiretque cruciatus, quàm vllum aliud creatum. 1. Cor. 3. 8. a Ep. ad Olymp. Tom. 5. b Li. 4. de Conſid. ad Eugen.

Hinc patet diſcrimen inter Chriſti corpus, & noſtra in particulari. Verum eſt, corpora noſtra mortalia eſſe & paſſibilia, verumtamen non eâ fecit Deus intentione vt mortalia eſſent & paſſibilia, nec ea mente hominẽ condidit, vt pateretur, & moreretur, vt ipſe teſtatur: imò potiùs, dum illum creauit, præmuniuit paſſibilitatem & mortalitatem, quæ propria erant ſuæ naturæ, dono iuſtitiæ originalis: quo reddebatur immortalis, & ab omni pœna dolore, fatigatione, fame, ſitique præſeruabatur: *Deus creauit hominem inexterminabilem*. Sed permittit, vt hoc ſequatur quaſi materiæ proprietas, ex qua formata ſunt: Sicut nec animus eſt artificis, dum vas conflat vitreum ſeu cryſtallinum, vt diffringatur, ſeu fragile ſit, ſic nec eius qui gladium conficit, vt rubigine hebetetur, cum eum ad hoc non fecerit, ſed hoc neceſſario conſequitur ratione materiæ de qua conficitur. Itaque numquam intentionem habuit Deus creandi corpora noſtra paſſibilia, potiùs voluit eſſent impaſſibilia: licet auferendo propter peccatum donum iuſtitiæ originalis, quod illa ab omni dolore morteque præſeruabat, illa paſſibilia remanſerint. IV. Diſcrimẽ inter Chriſti corpus & noſtrum. Sap. c. 1. Sap. c. 2. 22.

Attamen Chriſti corpus principali intentione Spiritus S. fuit, formatum paſſibile, diſpoſitum, aptum, ad patiendum, ad ſentiendum pœnas, dolores, tormenta, ſitim, famem, mortem; & hoc ita vnicè vt in omnibus, quæ Deus creauit, nullum inueniam, quod creauerit & ita ad rem diſpoſuerit, vt pateretur, pœnaſque ſuſtineret. Equidem conſtat, quod vt Rex potentiſſimus, cui incumbit ſatisfacere iuſtitiæ, creauerit aliquid in ſup- 22 V. Chriſti corpus formatũ primario ad patiẽtiam.

plicium,cruciatuumque rebellium,ignem ſcilicet inferni, de quo dixit: *Qui paratus eſt diabolo &c.* Sed ad patiendum & dolores tolerandum, tantummodo condidit & diſpoſuit Chriſti corpus, quod vnum eſt ex præcipuis fidei noſtræ myſterijs. Vnde & ſenſit ipſe ſolus amplius,quã omnes qui in mundo paſſi ſunt & patientur:nec tu tam grauiter ſentis in pectore pugionem, quàm Chriſtus aciculæ puncturam in digito, ſi illum pupigiſſet.

a.R3.2. Hoc declarauit Iſaias,quòd talem deſideraſſent illum viri iuſti: *Deſiderauimus eum deſpectum & nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem.* Prima traſeamus epitheta, *Deſpectum & nouiſſimum virorum*, quia non licet illis modo immorari; ſed duo poſteriora attendamus. Primò,vocat eum: *Virum dolorum.* En quales habeat Baronias,dolores, pœnas,languores infirmitates, famem,ſitim, flagella,clauos,mortem virum dolorum: Dicuntur in S. Scriptura: *Viri diuitiarum*,qui illas poſſident cęteris cumulatiùs, & tanta plenitudine vt illis repleantur omnia domus eorum receptacula, ſcrinia nummis,abacus vaſis pretioſis, arcæ veſtibus parietes aulæis,ac tapetibus, horrea tritico,cellaria vino,dolia oleo. Deſiderauimus eum vt veniret ad patiendum, quia deſiderauimus vt veniret nos redempturus, peccatorum veniam, gratiam,gloriam, omniaque dona diuina nobis impetraturus:meritum autem correſpondet dolori,quocirca illum deſiderauimus vt eo veniret modo,quo cunctos pateretur cruciatus: *Virum dolorum*, quocirca corpus eius receptaculum eſſet & domus omnium dolorum, pœnarum, laborum, vt illos in omnibus corporis partibus pateretur,& in omnibus ſuis potentijs, ſenſibus interioribus & exterioribus:& eſſet ille, qui cęteris omnibus palmam eriperet patiendi, talem eum deſiderauimus. Huic deſiderio Deus ſatisfecit, illi corpus arte quadam ſingulari perficiens, aptum & congruum in quo pateretur, ſentiretque cruciatus.

VI. Chriſtus vir dicitur dolorum.

VII. Secundò: vocat eum: *Scientem infirmitatem*: Communis eſt loquendi phraſis:hic nouit de illa re,quia illam expertus eſt, quia eius eſt proprium officiũ,eius profeſſio. In Hebræo vox eſt, quæ deducitur à verbo, quod ſignificat voluptatem,ſiue quod bene ſapiat: q. d. vir qui optimè nouit,& cui ſapiunt labores, pœnæ, tormenta, qui ſibi in illis complacet, cui volupe eſt pati,& laborare. Hunc ſenſum indicat D. Ambroſ. qui mirum in modum deſiderium patiendi,doloreſque, pœnaſque ſentiendi declarat, quo Chriſtus flagrabat,prout his verbis manifeſtauit: *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiatur?* Et iterum? *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum.* Hoc illi feſtum erat Paſchatis,tempus patiendi. Quod ſatis apertè verbis illis vltimis declarauit, quibus viuendi finem impoſuit,ſi illa legeris per modum interrogationis: *Conſummatum eſt?* Inſtar febrientis, qui ſiti laborat æſtuantiſſima, cui ſi vas aquæ offeratur,& illâ exhauſtâ,ſitiens adhuc interroget:Iamne exhauſta eſt nihil eſt reliqui? Obtulit Pater,quo ſitim patiendi extingueret qua laborabat,calicem illum tam amarum, vt eius tãtum odor ſudorem illi extraheret ſanguineum. Illum Petrus conatur eripere. O Petre hinc apage:hic mihi ſummoperè ſapit, hoc ſitim meam extinguam: *Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum?* Totum exhauſit, & videbatur eſſe ſatiandus: *Saturabitur opprobrijs*: ait Propheta. Cum nulla pœnarum, dolorumve gutta fuerit,quæ non illo calice contineretur. O calix adeò capax,vt eo totum amarum mare quarũlibet pœnarum,quas poſſumus imaginari concludatur. Bibit,& bibit vincula, capturam, manicas, verbera,colaphos ſpinas, ſputa clauos, crucem, lanceam,fel,acetum,opprobria,omnia bibit:hoc namque totum eſt ebibere pelagus cruciatuum; & adhuc ſiti exareſcens clamat *Sitio*: etiam exhauſto calice,ſic vt nihil ſupereſſet patiendum, emoriente corpore,viuum remanet patiendi deſiderium,dicens: *Conſummatum eſt*, Totumne exhauſi? *Scientem infirmitatem*, Sapiebant illi dolores,pœnæ,labores.

Ire ſciens infirmitatem.

Luc.12.50. Luc.22.15. VIII. Chriſti patiendi deſiderium. Ioa.19.30. Ioan.18.11. Thren.3.30.

IX. Hinc illud nouimus myſteriũ, quod recuſans ipſe vinum bibere myrrhatum ſibi in vaſe bibendum,dum crucifigeretur, oblatum, acetum tamen hauſit ſibi in ſpongia propinatum. De hoc altero ſic ait D. Ioannes *a. Cum accepiſſet acetum*,& de altero D. Matth. *b. Noluit bibere*. Quia hoc erat Chriſti Saluatoris deſiderium eò modo pati tormenta,quo illa & grauius ſentiret, & illum magis cruciarent acerbiùs. Vinum illud, myrrhâ permixtum ſenſus ſtupefaciebat, & reis propinabatur,ne tormenta ſentirent. Acetum autem ſenſus reddat viuaciores,excitat ad ſentiendum, & vulneratis auget cruciatum, Nolo vinum quo mihi pœnarum ſenſus miteſcat,ſed acetum excepto quo illas ſentiam vinaciùs, ea itaque voluit ratione pati,qua grauiores ſuſtineret cruciatus. Ea quam ſibi in illis placebat.

a Ioan. 19. b Matt. 27.

Et aliud inſuper in hac hiſtoria notat D. Auguſt. dignum ſua doctrinâ myſteriũ: *Sciens Ieſus, quia iã omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur*

D. Au. Tract. 119. in Ioan. Ioan. 19.

Scri-

X. Verbū Chriſti hîc explicantur. Pſal. 68 22.

*Scriptura: dixit, Sitio.* Neminē puto latere, id quod canit Pſaltes Regius deſcribens quaſi in propria perſona tormenta, quæ Saluator erat paſſuris, inter alia & hoc refert: *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.* Confeſtim ſeſe non leuis offert circa D. Euangeliſtæ verba difficultas: Si ſcriptura dicat, hoc adhuc eſſe conſummandum, & quod nondum erat cōſummatum, quomodo dixit, *Sciens Ieſus: quia iam omnia conſummata ſunt?* Mirabiles hic SS. Patres formant ad illa verba conceptus; cum illud opus, velut vltimum, excellentibus ſcatet Sacramentis: quod ſic ſoluit D. Auguſt. Verum eſt, ſi ſpectes inimicos, iam omnia conſummata erant, ex eorum iudicio, quæ illi facere poterant, iam ſuo deſiderio ſatisfecerant, cum eum crucifixerant, iam eum cruce pendulum irridebant, iam nudo exprobrabant, iam ſorte eius ſibi veſtimēta milites diſpertiebant, iam illum linguis ſuis blaſphemis, & ſacrilegis iniurijs irritabant iam nihil illis, quo Chriſtum torquerent ſupereſſe videbatur, & in rei veritate nihil eorum occurrebat imaginationi, aut vnquam venerat in mentem tam crudele ſupplicium, quale hoc erat vt fel & acetum in potum ei propinarent: non enim intellexerant eum ſiti torqueri; voluit illis Dominus hanc refricare cogitationem, & occaſionem date, qua illum nouo hoc tormenti genere cruciarent, cuius nec recordabantur, vnde & illud *Sitio*: tantum valebat. q. d. O carnifices mei crudeliſſimi, iam vobis videtur nihil immanitati veſtræ ſupereſſe, quo me torqueatis nec vobis nouum quid offertur tormenti genus, vnum vos effugit & ad hoc nouum tormenti genus offero vobis occaſionem. *Sitio*: Vltimò veloces accurrite tormento, quo mihi cunctos corporis renouetis dolores, maximè verò linguæ oriſque moleſtiam. Huc porrigite fel illud & acetum, veſtrorum ſymbolum cordium, quæ Deo talia ſemper exſtiterunt, q. d. Ex D. Auguſt. interpretatione: *Hoc minus feciſtis: ſitio, date quod eſtis. Iudæi quippe erant ipſi acetum, degenerantes à vino Patriarcharum &c. Vas poſitum erat aceto plenum*, & licet præſens aderat, eius tamen, vt conijcio, non recordabantur, vt Chriſto illud irritandis eius doloribus porrigerent: nec mirum, cum nondum audiſſent, quod de ſiti conquereretur. Hoc illis Chriſtus ſuggeſſit, dum ait *Sitio*: Hoc verba ſignificant Euangeliſtæ: dum hæc coniungit: *Dixit, ſitio: vas ergo poſitum erat aceto plenum.* Sitiſne Domine? Sitio; ne illud precor iudicaueris: quia iam vides vas præparatum aceto ſum, cuius illi minimè recordantur: *Vas ergo poſitum erat aceto plenum*; quod ſitim tuam expoſueris, hoc ipſo eorum ſitim, qua te cruciandi flagrant, excitabis; cum autem ibi paratum habeaet vas aceto plenum, ilicò ad illud conuolabunt non ſitim tuam lenituri, vel extincturi, ſed acerbiùs multò cruciaturi, nouiſque pœnis affecturi. Hoc igitur votis omnibus exopto, hoc vnicè deſidero, hæc ſitis mea, illo me potu exacerbent, vnde illis eius oblitis, renouo memoriam.

D. Au. Tract. 119 in Ioan. Tom. 9.

XI. Chriſtus notus infirmitati.

Meritò vocat eum Iſaias: *Vi nm ſitientem infirmitatem.* Noſter Pagninus legit: *Notus infirmitati.* Id eſt, cuius domum optimè norunt pœnæ, dolores, infirmitates: etenim eius corpus ædificauit Spiritus S. vt hoſpitium eſſet & receptaculum, in quo dolores omnes & pœnæ exciperentur, velut in domo ad hoc ſingulari et erecta: de quibus fuſiùs egi: En quam ampla & diuina materia Dominicam meditandi paſſionem, quæ nedum maxima fuit, eo quod ipſe ſolus tanta pertulit, quanta ſimul poſſunt aliquod adferre tormentum, ſed principaliter quia corpus illi erat ſenſibile, quale nec vlles habuit, & cui vel minimi labores, grauiorem adferebant moleſtiam, quàm nobis grauiſſimi.

Tract. [illegible] Num. 102.

Vnde colligo primo: ſummum quo flagrat nos ſaluandi deſiderium ſuamque nobis communicandi miſericordiam; vt liquido conſtet, quod ipſe quærere, & ponere voluerit efficaciſſimum remedium, vt nobis eſſet miſericors, & ſe iuſtitiæ ſuæ opponeret, inſtæque indignationi, quæ contra nos exigentibus peccatis acriter excitabatur. Communis eſt hæc Sanctorum quæſtio: cur tanta voluit pati Dei filius, idque tot ac varijs modis pro noſtra redemptione, cum ad illam plus ſatis eſſet effundere illum vel minimam guttam ſui ſanguinis, imò ſudoris, imò vel progredi in hoc mundo ad vnicum paſſum? Ad quid ô Domine, tantum dolorum pœnarumque diluuium, ſi vel vna gutta ſufficiebat? Inter alias rationes vnam non leuem expendo conſolationem, videlicet, vt eo ipſo ſeipſum obligaret ne nos ob multiplicia peccata perderet: attentè namque cauet quis opus aliquod aut perdere, aut confringere, quod illi pluribus conſtitit facultatibus.

XII. Chriſtus ne nos perderet tanta paſſus eſt.

Ad bolidem hic cadit quod toties de Vate Iona repetiimus, qui dum Deum vrget vehementiùs, vt Niniuitas diſperderet, cum æremque funditùs euerteret, decreuit Deus, vt illi hedera exareſceret ſub cuius vmbra lætus accubuerat, nec vllam ei ſol moleſtiam attulerat, ex quo dum non mediocriter ob plantæ ruinā quæ ma-

gno

gno illi erat leuamini Propheta turbatur: ait illi Dominus: Vt quid ô Vates indignaris, quod hedera exaruerit, quæ nec tua erat, quam nec ſeminaſti, nec plantaſti, nec rigaſti, nec in eius vtilitatũ modicum aut parum laboraſti, ſed nec paſſum pedis impendiſti, & non vis tot perditioni compatiar animarum, quot eſſe in hac ciuitate cognoſcis Niniue, quæ figmentum ſunt, mearumque factura manuum? *Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt pluſquam centum viginti millia?* (Ione 4.11)

Adiunge modò Domine; quod poſtmodum feciſti, & dic. Tanto doloroſiùs quis ſentit vnius ruinam, quantò conſtitit illi labore, opibuſque cariùs. Vide num animarum ego debeam grauiter ferre naufragium, quæ tantò mihi conſtiterunt; in quarum ſalutem expendi quidquid habui, & tot pertuli pœnas, quot perferri poterant; Animarum, quæ tam caro mihi ſteterunt, quas vt meas facerem, meum dedi ſanguinem, fatigatus ſum laboraui, extremas, paſſus ſum, anguſtias, omnia ad mortem vſque pro earum perpetuli redemptione: quàm aptèhis conſonat verſiculus ille Eccleæ.

*Quærens me ſediſti laſſus,*
*Redemiſti crucem paſſus,*
*Tantus labor non ſit caſſus*

O Domine, non ſint inanes iſti tui labores, non infructuoſi ſudores, non inanes iſtæ fatigationes, non caſſæ pœnæ iſtæ adeò pretioſæ.

XIII. Hinc noſtra arguitur ingratitudo.

Secundò: prauam noſtrã tanto Domino colligo ingratitudinem. Ipſe noſtri gratiâ cunctas aſſumpſit pœnas, dolores, labores, quos ille modò ſuſcepit tolerandos quo erant illi moleſtiores, nec permiſit aliquid, quo poſſet dolor mitigari; nos verò eius gratiâ, quod minimum poſſumus perferimus, omnem mouentes lapidem ne nos affligant dolores, labores, ieiunia, corporis caſtigationes, iniuriæ, paupertas, contemptus. Tu conſidera, num illa quæras, num fugias, num omnem tuam apponas curam vt tibi non approximent, & quæ effugere non vales, contendas ea ratione pati, quo tibi minorem adferant cruciatum. Quot procuras condimenta, quò ieiunium feras leniùs? quot diuerticula quæris, tua confitens peccata, quo tantò minor ſit verecundia? Quot adhibes puluinaria, ne ex oratione genua laborent? Si tantò magis Domino illi places ac ſatisfacis, quantò plura poteris, perpende, quàm parum illi ſatisfacias, cum id tantummodo patiaris, quod minimũ potes. Et ſi decreſcente dolore, decreſcat meritum & operis pœnoſi præmium; tu videris quàm exiguum tibi remaneat præmium, cùm tanto labores ſtudio, vt illud modicum quod facis, fiat quò fieri minori poteſt moleſtia, de quibus aliàs diximus. Modò Chriſtum intuere, quàm fatigatus ex itinere deficiat, & qualem tibi proponat Euangeliſta: *Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem.* Si quemlibet de grege laſſare poterat ac deijcere calor ille intenſus, illud iter oblongum, & aſperum, feſtinus ille gradus, quàm vehementer ille fatigaretur, & ſupra modum deficeret, cuius corpus magis labore conficiebatur, quàm omnium, qui fuerunt vel erunt in mundo.

## §. 9. Fatigatus; *Fatigat ibi Chriſtum, & quaſi ſuſpendit cor noſtrum, quod Hieremias prauum appellat.*

SEcundam eſſe cauſam dicimus noſtri duritiem cordis, quæ tanta eſt vt ipſum Deum fatiget, & noſtro modo loquendi illum attonitum reddat & perplexum. Duo nobis D. Euangeliſta proponit in illa Chriſti fatigatione conſideranda primum. quòd Chriſtus ſedeat illic velut homo cogitabundus, attonitus, ſuſpenſus, ad putei marginem proſtratus, capite inclinato, & maxillis, brachijs manibuſque innixis eo modo quo tu ſedi innixus brachium complicas, & ſuper illud, caput inclinas. Secundum, velut vir verè ab itinere fatigatus ad oram ſedens putei, vt à fatigatione recreetur, & calor ab aquarum refrigerio, remittatur. Naſcuntur autem hi duo effectus ex duobus cordi noſtro proprijs: primum, quod nullus ſit ei terminus, ſecundum, quod eius durities omnem ſuperet duritiem creaturarum. Elegantiſſimè Deus hoc expoſuit per Prophetam Hieremiam: *Prauum eſt cor hominis, & quis cognoſcet illud?* Alij legunt, quos ſequitur D. Auguſtin. *Graue cor per omnia, homo eſt, & quis cognoſcet illud?* Duo perpendas epitheta cordi humano propria: *Prauum, & ſimul graue.* Primò, *prauum*, q. d. quod tot ſeditionibus, commotionibus, alterationibus perturbatur vt ſit mare profundiſſimum, vnde nulla in eo ſtabilitas, nullum medium tam efficax quod eius poſſit intima pertimari: q. d. vides hominem, qui creatura videtur eſſe pacatiſſima, mitiſſima, maxime flexibilis, quippe qui ſit carne molliſſima compactus? Hoc ſcias, neminem eſſe qui ſe poſſit illi fidere, eius abdita ſcrutari: tot namque ſinibus, tot ſcatet receſſibus cor eius, vt non ſit qui illud peruadat & agnoſcat intimiũ: *Prauum eſt cor hominis &c. Et quis cognoſcet illud?* Et hoc

Chriſtum

Chriſtum detinet ſuſpenſum, admirabundum, attonitum.

Quantum conijcio præuidit illum Iſaias, ad oram putei ſedentem, perplexum, attonitum & cogitabundum, qui ad nos conuerſus, ſic ait; Quid eſſe credis cauſæ, quod ſic attonitus ſedeat? *Vidit, quia non eſt vir & aporiatus eſt quia non eſt qui occurrat.* Aliquoties expẽdimus quod verbum illud: *Aporiatus eſt*, Græcum ſit, & cum tam multas eaſque ſublimes habeat ſignificationes, vt nullum Latinum verbum illas queat explicare, bis terue interpres illi occurrens, illud non transfert. Inter alia ſignificat hominem attonitum, ſuſpenſum, anguſtiatum, prout foret vir primarius, qui lite grauiſſima detentus, à qua dependent omnia ſua bona, ſtatus, honor, vita, dignitas, pro cuius optima directione nullam non adhibuiſſet diligentiam, litteras dediſſet in ſuæ iuſtitiæ defenſionem primarijs Vniuerſitatum Doctoribus, Hiſpaniæ, Italiæ, Franciæ, quo clariùs ea cunctis pateſceret; illam conſeruaſſet & ſtudio Aduocatorum ac Procuratorum explanaſſet; præcipua quæque ſuarum facultatum his negotijs impendiſſet, vt iudicem, eius vxorem & filios ſibi deuinciret; Si poſt tantam diligentiam, labores, expenſas, ſollicitudines, diſcurſus, ipſo die quo lis eſſet terminanda, ferendaque ſententia, videret ipſe Iudicem, quem ſibi propitium credebat, moroſum, faſtidioſum, indignabundum, ex quo cognoſceret, quòd vel non vellet ſententiam enuntiare, vel quòd in contrariam partem inclinaret; heu quàm hic hæreret attonitus? quàm afflictus ingemiſceret? Illum videres præ nimia mentis triſtitia in ſedem corruentem, brachio ſuper illam poſito, & capite in hoc declinato mœſtum, ſuſpenſum, attonitum ſibi quaſi colloquentem: quid conſilij? quo medio mihi conſulam? quidquid virium fuit expendi, quidquid habui dilapidaui, aduocati celeberrimi ſuos contrahunt humeros, nulla mihi diligentia cedit ex ſententia, oleum & operam perdidi: quid agam? quid mihi ſupereſt conſilij? hoc eſt: *Aporiatus eſt*.

III.
Diuitiæ cordis noſtri,
Iſa.59.26.

IV.
Similitudo.
Quid ſignificet Aporiatus eſt.

Eodem modò Chriſtum intuere fatigatum. Rem aggreſſus eſt, quâ nulla difficilior, cor voluit ſibi humanum conquirere, idque tanto ſtudio vt inde totum ſuum eſſe totam ſuam diceres pendere potentiam: omnes Dei expendit diuitias, omnes adhibuit quantas potuit congruas diligentias: itinera ſuſcepit varia nec minus moleſta: & tandem ſe ſolum inuenit, vacuis manibus, ſed nec aliquid profeciſſe, nec vlla ſibi proſperè media ſucceſſiſſe: quare vt velut afflictus, & mœrens nimis ad oram ſe putei proſternit, attonitus hæret & animo ſuſpenſus. *Aporiatus eſt*. q. d. O cor humanum, tibi vltra quid faciam? Quo vtar medio vt te mihi ſubjiciam? quid debui tibi facere & non feci? *Fatigatus ſedebat ſic ſupra fontem.*

VI.
Chriſtus pro nobis aporiatus eſt.

Iſa 43.

Hic optimè quadrat argumentum, quòd ipſe Dominus proſequitur. Supponit quod multoties in S. Scriptura confirmatum inuenimus: nimirum hoc ſuum primarium fuiſſe propoſitum cor humanum lucrari, ſibique ſubijcere. Hoc paucis verbis expoſuit Salomon: etenim noſtrorum enarrans creationem parentum, qualiter illos donis cœleſtibus diuiniſque gratijs & ornauerit & repleuerit addit, quàm primum de diuinis prodiere manibus: *Poſuit oculum ſuum ſuper corda illorum.* Quid habet ò Domine, cor humanum, in quo tibi poſſit complacere? Nonne ſentina eſt omnium iniquitatum, mare abominationum, fons libidinum, auaritiam, blaſphemiam, odium rancoremque ſcaturiens? Nonne tu dixiſti: *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta* &c. O cœlorum Domine: *Quid eſt homo, & quæ gratia illius? & quid eſt bonum, aut quid nequam illius?* Diuinum hic latet Sacramentum, quò ſuam Deus nobis oſtendit clementiam.

VII.
Cur oculos ſuos ponat ſuper cor noſtrum.
Eccl.17.

Matt.15.

Eccl.18.7.

Non vult Deus creaturas, nec illas in ſui creauit beneficium aut emolumentum, nec quod illis indiguerit, prout diſcurſu planè mirabili, quem aliàs expendimus; idem probat Salomon: quia ſicut tota fuit ſine creaturis æternitate, & ſic ſemper ſine illis eſſe poterat. Omne continet in ſe Deus bonum, & quidquid deſiderari poteſt, nec opus illi eſt deforis ad infinitam & æternam ſuam quidquam emendicare beatitudinem. In quem igitur finem produxit creaturas? Non in ſui commodum, ſed earum; non vt aliquid ab illis acciperet, at bene quidem, vt illis diuina ſua bona largiretur: quia cum ſit ſupremum bonum, ex natura ſua, communicatiuum eſt ſuiipſius. Hos cœlos creauit, vt hanc illis tribueret magnitudinem & puritatem, ſolem, vt eximium illi daret ſplendorem, quali mundo relucet, lunam vt gratam illi concederet pulchritudinem, quàm præfert, ſtellas vt acceptam illis infunderet venuſtatem, terram vt virtute polleret herbas producendi &c. Hoc conceſſo, ſuper illud figere ſuos debuit oculos, ſua firmare deſideria, quòd donis ſuis gratijs, beneficijs eſſet aptus recipiendis. Hoc cor eſt humanum: quod capax eſt ſupremæ bonorum dignitatis, gratiæ ſcilicet & gloriæ, quorum capaces non ſunt cœli, elementa, leo, equus, pauo, ceruus, aut ha-

VIII.
Creaturas non ſui, ſed ipſarum condidit commodi gratiâ

harum aliqua creaturarum, quibus non eſt intellectus.

Hic oculos ſuos poſuit, velut in vacuum quoddam, congruum, vt in illud ſua diffundat bona cœleſtia. *Poſuit oculum ſuper corda illorum.* Non oculum ſuum poſuit ſuper cor noſtrum, quemadmodum tu in aliqua, illa exoptando, propter bonum quod in ſe continent, propter tuam delectationem, & emolumentum, ſed vt illi benefaciat, & in illud bonorum fluuium infundat infinitorum: cum enim ſit illis plenus & ſuperplenus, hoc quærit, eâque mundum condidit intentione. Hoc igitur extitit propoſitum, noſtrum cor ſibi lucrari, vt illud ſuum efficiens, ſibique ſubdens, donis poſſet implere diuiniſſimis, ſic vt illi nec
IX. Muneribus nos ſibi Deus deuincit. atomus ſupereſſet, quem non humano cordi communicaret. Vt igitur cor ſibi conquireret illo vſus eſt medio, quod eſſe ſolet efficaciſſimum. Quale illud? Benefacere, & à malis liberare. Nihil ita cor ſibi ſubijcit, quàm illi benefacere, vel illud à malis liberare: etenim viridicum eſt illud adagium: (a) munera rupes frangunt; & ipſas feras beneficia domant.

(a) *Dadiuas quebrantam peñas*

X. Duobus modis poteſt aliquis iuuari.

Porrò duobus hoc poteſt modis contingere. Primò: ſine damno, impenſis, labore tuo, facultatum, aut familiæ tuæ diſpendio; quemadmodum dum Rex aliquem deſignat Epiſcopum, aut Archiepiſcopum, aut Præſidem, aut libera ſua voluntate criminis indulget remiſſionem iam ad patibulum condemnato, vel ei quem carcere conſtrictum ob delicta detinebat. Secundò: multo tuo labore, ſalutis periculo, iacturâ facultatum, velut ſi ad eius de manibus inimicorum ſuorum liberationem, te ipſum exponeres periculo, vt te pugione confoderent, vel vt alterum vinculis eriperes, quibus detinent illum debitores, tuas erogares facultates, & te laboribus ſubmitteres, quo proximo ſuccureres auxiliator. Magnam vim anterior habet modus, at multò maiorem poſterior: eſt enim virium tuaeminentiſſimus. Se multum Regi credit deuinctum, illique ſubditum, cui Rex opulentam tribuit prælaturam, aut ſupremam præſidentiam, & ille, cui mera ſua liberalitate vitam conceſſit mortis reo; reſpondet ille: Domine mi: immortales ago tibi gratias, agam dum viuam, nam relaturum me affirmare non poſſum.

XI. Similitudo.

Hoc effeciſti Rex benigniſſime, vt viuam moriarque ingratus ob tantum mihi conceſſum beneficium, quo omne, quo fruor, eſſe concepi. Verumtamen multò te ſibi ſtrictiùs Rex obligaret, ſi vt te ad regnum promoueret, duo vel tria regna exponeret, coronæ pariter pendens dignitatem. Et quid eſſet, ſi vt te à miſera vindicaret ſeruitute, ipſe ſeipſum: in ſeruum traderet remigalem? Si in tuorum ſolutionem debitorum, cenſus ſuos omnes expenderet regales, omnium fieret indigus, vt te faceret omnium ditiſſimum? Quid eſſet, ſi ex medicorum iudicio in tuæ lepræ mundationem neceſſarium eſſet balneum regali ſanguine fluens (quale medici Conſtantino conſuluerunt Imperatori ex innocentium puerorum ſanguine ſibi præpararet) ipſe Rex omnem ſuum effunderet ſanguinem, venaſque corporis inſcinderet? Magna, nemo dubitat, prima fuit obligatio; ſed cum cor humanum irradicatam habeat ſuperbiam & ingratitudinem, dicere poteſt: verum eſt multum Regi debeo, multum mihi præſtitit, agnoſco de manibus eius receptum beneficium, attamen nihil hoc illi conſtitit, nihil de domo quod ſuum erat expendit, niſi quod mihi dederit id, quod niſi mihi dediſſet, alteri dandum erat, quod mihi crimen remiſerit, non pluris illi ſtetit, quàm ſimplici actu voluntatis, quem nullo labore, nullo elicuit ſui diſpendio.

Quoad ſecundum verò, his omnibus portæ occluduntur rationibus & impoſſibile cenſetur, non tuum illi cor eſſe ſubditum, qui graui incommodo, pœna, deſpectu ſalutis ſuæ, vitæ & bonorum tibi benefecit qualiter nec vllus poſſet benefacere. Hæc fuit Ioſeph Patriarchæ ſententia, ſe non poſſe non omninò Domino ſuo Putiphari per omnia ſubditum eſſe reuerentem, quandoquidem omnia ſua bona eius fidiſſet manibus, & eorum omnium ſe creaſſet œconomum: ſic enim loquitur. *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua &c. Quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Cum ita ſit, quod illud nedum non fuerit cum aliquo ſui detrimento, ſed & non exiguo ſuarum opum incremento, nec cum Domini ſui labore, quinimò cum ab illo eximendo, vt & alijs multigenis curis, quas ſecum tantarum trahit adminiſtratio facultatum. Quid cenſendum, ſi cum ſuarum opum iacturâ, ac labore ſuo, Dominus ille Ioſephi manibus cuncta ſua commendaſſet?

XII. Gratitudo Ioſeph.

Gen. 39.

Modò proferimus argumentum quod de Domino Deo diximus noſtri cordis arguente malitiam: *Hæc dicit Dominus Deus &c. vos teſtes eſtis.* Rationem ineamus, aſcendamus tribunal, nec alios vllos contra vos expoſtulo teſtes, quàm vos ipſos.

Hæc

Iſa.43.10 *Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus ſemitam, qui eduxit quadrigam, & equum, agmen robuſtum, ſimul obdormierunt, nec reſurgent. Contriti ſunt, quaſi linum & extincti ſunt* &c. Veſtrum propoſui mihi cor acquirere:

XIII. Recenſentur Dei beneficia Iudæis præſtita.

quia verò medium hoc eſt efficaciſſimum vobis benefacere, & à malis liberare; non alios, quàm vos requiro teſtes bonorum quæ cunctis & huic & alteri contulerim. *Vos teſtes eſtis.* Noſtis, quòd dum in Ægypto ſeruiretis, peiorem quàm mancipiorum vitam traducentes, potentiſſimo vos eduxi brachio in optatam aſſerens libertatem, iter vobis aperiens floribus diſperſum per mediam pelagi planitiem, illo demergens, veſtriſque oculis mortuos obijciens omnes inimicos veſtros. *Simul obdormierunt, nec reſurgent.* Lautiùs vos excepi panem vobis de cœlo miniſtrans, omne delectamentum in ſe habentem, aquam de petra produxi dulciſſimo melle ſapidiorem vinoque pretioſiſſimo nobiliorem, pedibus veſtris veſtros poſtraui inimicos. *Contriti ſunt quaſi linum*; per me de illis triumphaſtis: eieci de terra optima melle & lacte manante eiuſdem incolas, vt illam vobis traderem poſſidendam: *Quaſi linum extincti ſunt.* Vos in eâ poſſeſſores collocaui, legem vobis meam, mea ſacrificia, Sacerdotes, Prophetas, templum, vobis exercitus meos fortiſſimos Angelos aſſignaui, vos toto mundo reddidi famoſiſſimos, vt dicere licuerit: *Quæ gens ita inclyta*

Deut.4.8. &c. *Non fecit taliter omni nationi.* Populus quò

Pſal.147.20. nullus ſub cœlo illuſtrior, nobilior, formidabilior. *Vos teſtes eſtis*, num plura in veſtrum potuerint

Iſa.5.4. fieri emolumentum. *Nunc iudicate*, (ait idem Propheta) *quid vltra potui facere vineæ meæ, & non feci?* His non obſtantibus veſtrum mihi cor dare

Iſa.43.22. recuſaſtis, & millenis me prouocaſtis iniurijs. *Non me inuocaſti Iacob, nec laboraſti in me Iſrael.* Non me honoraſtis, vt me inuocaretis tanquam Deum veſtrum, nec quidquam in mei feciſtis famulatú.

XIV. Alio modo Deus proponit benefa-ctore.

Hoc auribus meis videtur inſonare: ſi vobis beneficia contulit, ſi à malis eripuit, parui illi conſtitit, vix aliquid de domo ſua expendit, nihil aliud interpoſuit, quàm velle & præcipere, nec ea de cauſa ſuas expoſuit facultates, nec vllo fuit labore fatigatus. Vnico ſuo Moyſi dato præcepto, fiebat id quod nobis cedebat liberationi. Vnum tantummodò legimus ſuum militem contra Sennacherib, quando nos ſuis cinxerat agminibus occidit hic centum octoginta quinque millia bellatorum &c. Siccine? ergo, inquit Deus, illos maioribus intēdo cumulare beneficijs, quæque pluris mihi conſtabunt: vos namque de ſeruitute vendicabo, reddens meipſum ſeruum, vos augebo diuitijs, egenus factus: requiem vobis tribuam, ſed grauiſſimis premar angoribus: vitam elargiar vobis, ſed vitæ meæ iacturâ: veſtras emūdabo maculas, totum meum in lauacrum effundens ſanguinem. *Ne memineritis priorum & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur.* Iſa.43.19.

Beneficia conferre volo potiora, & multò prioribus digniora, in quorum comparatione, quæ hactenus facta miramini, nulla ſunt, obliuioni merito tradenda, ea vt vetera reijciendo; ſed hæc noua conſideranda. Bona propono vobis elargiri, non terrena, non ſublunaria, non corruptibilia, non mortalia, quietem non breui terminandam, ſed æterna bona; regna non terrena ſed cœleſtia, bona gratiæ & gloriæ, & quæcumque ego poſſideo ditiſſimus. Tali igitur modo vos volo ditare, vt nullum mihi ſit bonum, quod non ſit veſtrum, vobiſque non deferam: Et hoc ita meis impenſis, vt quo vos Deos feciam, homo fiam, vt vos dominos efficiam, me ſeruum abijciam, vt vos pœnis eripiam, illis me ſubijciam, vt veſtris finem imponam laboribus, illos aſſumam, vt libertate fruamini, captiuus ero, vt à maculis emundemini, venarum mearum ſanguinem offeram lauacrum: vt vitâ viuatis ſempiternâ, mortem ſubibo temporalem. *Verumtamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.*

27 ☞ XV. Cordis humani ingratitudo.

Hæc facit omnia, fit abiectiſſimus ſeruus, fame laborat, & ſiti, laſſitudinem patitur & dolores: perſecutiones ſuſtinet & calumnias, & his peractis, nedum illi cor humanum non ſubijcitur, ſed fugam capeſſit, ſe ſubducit, ſe monſtrat obduratum. Ecce qualis reſideat: *Aporiatus eſt, quia non erat vir.* Afflictus, ſuſpenſus, admirabundus ad puteum, innixus brachio, declivi capite, ſe ſolum ingemiſcens: *Vidit quia non erat vir.* Iudæi illū expellunt, & perſequuntur, Gentiles procul ab eo diſtant, diſcipuli abierunt in ciuitatem, ſolus remanſit. *Aporiatus eſt.* hæret vt ſuſpenſus, attonitus, ſtupefactus, anguſtiatus, q.d. O cor humanum, quid tibi faciam?

XVI. Deus cōtra nos expoſtulat.

quid mihi ſupereſt, poſſibile agendum, quod non feciſſe redarguar? vocaui te, voces ingeminaui, mille donis antiquitus, quibus te de cœlo exaltaui & tuas ſecutus voluptates & inſolentias aufugiſti: deſcendi in mundum te quæſiturus, vt fauores tibi offerrem eminentiſſimos, & diuitias quaſcumque poſſideo elargiter: vt te inuenirem factus ſum, veredarius quaquauerſum diſcurrens, labores perferens infinitos, pœnas ſuſtinens innumerabiles;

hæc diſcurro ericeta & ſpineta exanimis, fatigatus & anxiatus, at video, quòd te mihi ſubducas, & me ſolum relinquas ad te ſuſpirantem. *Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda?* Quam clarè patet quòd *prauum eſt cor hominis*, illique lucrando nullus ſit modus. Nec prodeſt quidquam, quòd tibi de cœlo faueam, nec quòd ad terram venerim te quæſiturus, nec quòd dona vſque ad gloriam meam concedam, nec quod eadem in mundo viuens cruciatibus afflictus acceſſerim oblaturus, *Quid faciam tibi.*

XVII. Dei in hominē beneficia.

Hoc igitur eſt ô Chriſtiane, quòd illum detinet attonitum, ſtupefactum, cogitabundum in ordine ad te. Quid tibi fecit quò tuum ſibi cor lucraretur? quæ beneficia adeò præclara? quæ dona adeò diuina? quos fauóres adeò præcellentes? Creauit te, dedit tibi animam, quò Angelis æquipararis, te hominem condidit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, cui creaturæ ſeruiūt eminentiſſimæ, quales nullas creauit in mundo nobiliores; ſolem tibi tribuit, qui te per diem illuminat, terram exhilarat, in quo viuis, lunam & ſtellas per noctem, aërem quo reſpiras, ignem quo frigidus incaleſcis, aquam quæ te refrigerat, terram quæ te ſuſtentat, plantas & fructus, quibus nutriris, omnia animalia tibi famulantia, ſupremæ aulæ ſuæ miniſtros Angelos, qui continuò te defendunt, teque cuſtodiunt. Et hæc parua eſſe dixeris: quia beneficia fuerunt nullo ipſius diſpendio, nullo tradita incommodo, his ſuperaddit ſuprema, quæ tu capere, & ille dare poteſt pretio ſanguinis ſui, & vitæ, & quidquid habet, & valet.

Cum tu filius eſſes Adam, proditor, & eius inimicus, & æternis cum dæmonibus addictus ſupplicijs Patri ſuo cœleſti reconciliauit, te verè & realiter aſſumpſit in filium ſuum per gratiam, ipſe in ſe tantos dolores, tantaque, quibus tu obſtringebaris, debita ſuſcipiens. Ipſo cordis ſui mundauit te ſanguine pretioſo per aquam S. baptiſmatis. Mille millia tibi remiſit debita tanti ponderis, & tam infinitæ obligationis, vt omne aurum, argentum, opes creatæ, & valor omnium imperiorum, & terræ monarchiarum, & totius naturæ etiam Seraphicæ non poſſet vel pro eorum minimo perfectè ſatisfacere. Vitam tibi promeruit, non talem qualem, ſed æternam, ille ſuæ patiens iacturam, per ipſam & omnes, quas tibi pretio ſanguinis ſui promeruit, miſericordias, & mortem in crucis patibulo, perpeſſam te rogat, inuitat, blanditur, monet, inſpirat intus in corde, & foris per ſuos vociferatur prædicatores tibi prœmium offert immenſum, ſi illum audieris, & æternis terret te cruciatibus, niſi portam illi recluſeris acclamanti.

Dicito tu mihi, ſi plura tibi facere potuerit, dicito ſi ſuperſit aliquid in tui ſalutem attentandum? *Quid vltra potui facere?* Et his omnibus nondum te ſibi ſubiecit, tuas ſequeris cæcus voluptates, eius ſurdus deſpicis clamores, promiſſa floccipendis, minas non exhorreſcis: hæc cur ſtupefactus ſedeat, anxius corruat, cogitabundus ingemiſcat: *Sedebat ſic ſupra fontem* q. d. quid tibi vltra facere potui? Eo modo, quo dixit Iſaias, quem non modicum augebas, contumax ille & rebellis Rex Achaz, cui ſic ait: *Moleſti eſtis Deo meo.* Septuaginta legerunt: *Agonem præbuiſtis Deo meo.* Iſa.7. In ſummas (noſtro loquendi modo) Deum anguſtias, moleſtias, & curas compuliſtis; vt dicere poſſe videatur illud Suſannæ: *Anguſtiæ mihi ſunt vndique.* Et quid eligam, ignoro.

Illum meditare (monet D. Auguſtinus) horâ ſextâ, per hanc hodiernam figurata, *Hora erat quaſi ſexta* crucifixum, fatigatum, anxium, acclamantem: quid tibi faciam ô cor humanum: nec enim meæ te repromiſſiones alliciunt, nec minæ refrœnant, nec beneficia emolliunt, nec voces excitant, nec me videns ſanguineo ſudore perfuſum, miſereris, nec me captiuum abductum pone ſequeris, flagris ſpectans conciſum te cohibes, nec ſpinis coronatum, te retrahis, nec ſuſpenſo in crucis ſtipite probroſiſſimo compateris nec deploras exſpirantem. Cœlum nubibus tegitur triſtioribus tu tuis vacas delicijs hilaris: terra tremit, & immotus tu tuis inhæres ſceleribus: petræ ſcinduntur, tuum autem cor lapideum obduratur: de ſepulchris mortui reuiuiſcunt, tu verò tuo deliteſcis concubinatus, & auaritiæ ſepulchro: tibi poſt hæc quid faciam? quo te beneficio leniam, vt te mihi ſubijcias? *Fatigatus ex itinere.* O quam propriè tibi hoc exprobrat: *Prauum cor per omnia; prauum eſt cor hominis.* Veriſſimè hoc cor tuum Chriſtum detinet attonitum, & cogitabundum: q. d. ô cor hominis: quid faciam tibi? quod mihi medium proſperè ſuccedet? *Fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem.*

Dan.

Pſ.144.

**§. 10. Fatigatus.** *Fatigat Chriſtum noſtri cordis durities ſicut & Ezechielem ollæ prauitas.*

18. NOn ſolum eſt cor hominis ipſa Cretenſi labyrintho intricatius, & ipſa maris abyſſo perſcrutatu difficilius: *Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile*, ſed & eius durities, omnem creaturarum euincit duritiem. Hoc verba prophetæ prædicta ſignificant: *Graue cor per omnia*: Cor eſt humanum adeo graue, durum, pertinax, refractarium, vt nihil ſupra, quod ſole clariùs patet, cum ipſum fatiget Deum: *Fatigatus ex itinere, ſedebat*, &c. Nihil eſt, (vt more noſtro loquamur) in creatis, quod Deum fatigat niſi quotidianum cum corde noſtro negotium: non illum creatio cœli terræque fatigauit, etenim ſimplex ad hanc eius ſuffecit præceptum: *Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt*. Nec pariter illum Angelorum creaturarum pulcherrimarum creatio fatigauit, quas in tanto numero condidit, vt eum expertiſſimi aſſequi non poſſint Arithmetici: *Nunquid eſt numerus militum eius?* Quærit Iob: nec labore conficitur ex continuo motu rotarum cœleſtium adeo extenſarum, aut totius mundi gubernatione: hæc omnia namque vnico peragit verbo: *Portat omnia verbo virtutis ſuæ*. Non illum moleſtat quòd infinitis adeo debeat oribus ſeu ſtomachis alimentum prouidere, quot toto mundo continentur: etenim manum tantummodo aperit, & eum omnia perfeciſſe demiramur: *Oculi omnium in te ſperant Domine, & tu das illis eſcam &c. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione*.

I. Nihil Deo eſt difficile.

Pſ. 148. 8.

Iob c. 25. 3.

Hebr. c. 1. 3.

Pſ. 144. 15.

Quod autem illum grauiter habet, & fatigat (ſit venia verbo) eſt ipſum, cum hominis corde negotium ob ſupremam eius duritiē quâ ſe illi opponit refractarium. Quod opus te aliquod fatiget, oritur ex reſiſtentia, quæ in illo eſt actioni tuæ contraria, Grauat perquam moleſtè lapicidam opus ſuum, quia petra duriſſima eſt, illique reſiſtit, tantò magis fatigatur, quantò durior eſt, & dum malleo percutit vel ſcalpro, vt illam expoliat, ſcintillas eiibrat ardentiſſimas; grauat ſupra modum agricolam, terram aridam fodientem, quòd ligone eam non valeat penetrare, verumtamen non arduum tibi eſt in arena ſcribere, aut in aqua pingere: quia nulla reſiſtentia remoratur operantem. Deus nullam in quibuslibet operibus inuenit reſiſtentiam: *Non eſt qui tuæ poſſit reſiſtere etiam voluntati*. Nec cœli, nec terra, nec ipſum nihil, quod tale, eſt vt nulla ſit creata potentia, quæ poſſit in eo operari, in omnibus operatur Deus abſque vllo genere reſiſtentiæ: cum ſolum eius verbum ſit eius actio & præceptum operatio.

II. Nihil Deo reſiſtit.

Eſther 13. 9.

Ita perpendit D. Chryſoſtomus illa Apoſtoli de Chriſto verba: *Qui portat omnia verbo virtutis ſuæ*. Notat autem quòd in Græco verbum illud *Portat* ſignificet ſine vlla reſiſtentia, aut difficultate portare, quemadmodum illud quod ſolo digito aut flatu de loco in locum dimoues. Cum autem dicitur, quòd omnia portet, ſuſtentet, gubernet & regat ſolo virtutis ſuæ verbo, oſtenditur quòd non maiori Deus hoc totum portet vniuerſum difficultate, quàm tibi adferre poteſt vnius verbi prolatio: *Bene dixit verbo, quoniam apud nos verbum nudum ac leue quiddam eſſe videtur*. Similiter expendit illud: *Omnia* magna licet ſint, & parua, alta & profunda ſpiritualia & coporalia, omnia verbo portat virtutis ſuæ. Ita notat D. Ambr. illud Geneſis: *Dixit Deus: producant aquæ omne reptile &c. Dixit Deus, breuis ſermo ſed vehemens, & late patens, communem minimis & maximis naturam infudit. Eodem momento producitur balæna, quo rana, eiuſdem vi operationis naſcitur. Non laborat in maximis Deus, non faſtidit in minimis nec doluit natura parturiēs delphinos ſicut non doluit, cum exiguos murices, cochleaſque produceret.* Nihil eſt quod eius vel minimo verbo reſiſtat. Tantummodo cor humanū ſe illi contumaciter opponit, taliſque eius eſt obſtinatio, vt nedum illi reſiſtat, & pertinax reluctetur; inſuper in faciem obſiſtat, eius fortiſſimos repellit impetus, imo & ipſi præſumit bellum inferre cunctipotentiæ. Hoc ſubtilioribus indicauit verbis Eliphaz Themanites Rex & amicus Iob. Singulariter expendit, prout notat D. Gregorius quod Deo id cum, homine quopiam contingit; hunc ſæpius Deus aggreditur, eius cor ſibi laborat ſubijcere, eoque fine manum extendit potentiæ ſuæ; pœnis, tribulationibus, ærumnis, morbiſque viſitat letalibus, velut diuinus lapicida, hanc conatur multiplici, & repetito verbere dolabri expolire petram: *Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum, ſicut Regem preparatur ad prœlium*. q. d. Videt Dominus hominem peruerſum rebellem, in Deum inſurgentem, cœlo bella minitantem; illum aggreditur, vt ſibi ſubijciat, illum tribulationibus, calamitatibus, infortunijs, & anxietatibus impugnat, ex illis quaſi fortiſſimos conſcribens milites, quibus eum obſideat, vt tandem ſe dedat ſuperatus. Le-

D. Chryſ. Ho. 2. in ep. ad Heb. c. 1. 3.

III. Omnia Deus verbô ſuo facit.

D. Ambr. L. 5. Hex. Tom. 1. Gen. 1. 21. c. 2. 21. Tom. 1.

IV. Solūmodo cor humanum Deo reſiſtit.

L. 11. Mor. c. 21.

V. Quod eleganter verbis Iob explicatur.

Iob c. 15. 24.

gunt ſeptuaginta : *Anguſtia & tribulatio ipſum comprimenr.* Alij : *Roborabuntur contra ipſum.* Infirmitates , anguſtiæ , tribulationes , velut Dei milites illum circumcingent , & impugnabunt atrociter , vt tandem in ſuam redigant poteſtatem.

☞ 29 Eſt attamen homo adeo refragus , vt nedum ſe ipſum non ſubmittat , imo & ſe fortius opponit facie ad faciem , & perfricta fronte contumax Deo ipſi præſumit aduerſari : *Tetendit aduerſus Deum manum ſuam , & contra omnipotentem roboratus eſt. Cucurrit aduerſus eum erecto*

Iob c.15. 29. *collo & pingui ceruice armatus eſt.* Verborum attende energiam . Verbum ; illud *Tetendit* , emphaticum eſt , ſumpta metaphora , ab eo, quod pugil agit fortiſſimus , dum in alterum impingit, á quo contumelijs dedecoratur: brachium extendit, & quaſi librando comminatur , & ait: illi colaphum impingam , quo proſtratus ad pedes meos corruat , maledicus. Extendit , inquit , brachium ſuum, ipſi Deo minitans : *Tetendit aduerſus Deum manum ſuam.* Attende quis in quem. Paulo ſuperius de homine dixerat : *Abominabilis & inutilis homo* : Epitheta , quæ proprie hominis exprimunt vilitatem, infirmitatem, miſeriam, paruamque eſſe ſui ſubſtantiam: *Hic tetendit manum ſuam aduerſus Deum* ; & hoc non leuiter, ſed ex animi ſententia ; *Contra omnipotentem roboratus eſt.* Verbum illud *Roboratus eſt*, ſignificat quod ſe confirmarit , omnibus vn-

(a) Hieronym. guibus pertinax (a) illi in faciem reluctatus, imo eo aſcendit eius impudentia vt nedum diuinos repulerit impenetrabilis ictus , ſed & in ipſum Deum tela ſua direxerit; bellum mouerit, impetumque fecerit fortiorem: *Cucurrit aduerſus eum erecto collo.* Quis hoc credat poſſe fieri , talique hominem eſſe poſſe audacia inverecundum ? ſacram peruolue Scripturam, & reperies.

VI. Pharao contra Deū pugnat. Pſ.135.12. Exod.5.1.

Aggreditur Dominus Pharaónem, deſcendit, & in rubo ſeſe offert ardenti, deſignans ſe adeſſe; *In manu potenti & brachio excelſo* ; canente Dauid. Illi per Moyſen denuntiat : *Hæc dicit Dominus, dimitte populum meum* , *&c.* cat quo illum ducturus ſum. Reſpondet Domino Pharao. Si tu velis, ego nolo : *Quis eſt Dominus, &c. Iſrael non dimittam.* Attollit Deus brachium ſuum potentiſſimum contra Pharaonem, flagellis eum ſemel & bis cædit, ærumnis circumcingit, modo ex hac parte, modo ex altera, quando iam videbatur eſſe ſubmittendus vel inuitus , attollit & ipſe ſuum brachium, quaſi Deo minitans ; & infernali tumidus ſuperbia contra Deum erecto procurrit collo, ſpirans minarum & cædis in populum Domini; referente ſic Moyſe : *Perſequar, comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea, euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* An non verum eſt: quod : *Tetendit aduerſus Deum manum ſuam, &c.* Exod. 15. 9.

En tibi faſtuoſum profero Ducem Nicanorem qui contra Deum criſtas erigit arrogantiæ, & in eius populum armatus inſurgit : à quodam ſerio monetur , Diuinam vereretur potentiam, qui ſabbatum cuſtodiri præcepiſſet : *Eſt Dominus viuus ipſe in cœlo* ; Reſpondit ille pluſquam diabolica inflatus ſuperbia : ſi eſt Deus potens in cœlo, ipſe in cœlo præcipiat : *Et ego potens ſum ſuper terram* : non ſe terrenis miſceat ipſe negotijs. En quid te rapit in admirationem, an hoc tibi quotidie non contingit? quoties Deus durum vocat ſibi refractarium , brachium ſuum extendit , quo cor tuum refrœnet ſibique ſubijciat : te vocat, inſpirat, allicit beneficijs, terroribus agitat, promiſſis blanditur , ſuam tibi repræſentat bonitatem, cœlum, gloriam, virtutiſque pulchritudinem? quam ſtricte cor tuum laboribus circumuallat, infirmitatibus , miſerijs, iacturis, anxietatibus : flammas tibi proponit ſempiternas, æternos ignes, dæmones immortales? & quid agis? An non reſiſtis ? & hoc parum , inſuper & tendis aduerſus Deum manum tuam. Quid aliud eſſe cogitas peccare; & Diuinis contraire iuſſionibus, niſi tuæ tendere brachium voluntatis , & quantum ex te eſt , Deo colaphum impingere? quam obſtipum te illi oſtendis : *Contra omnipotentem roboratus eſt* ? Contra Deum faſtuoſus, arroganſque contendis , illum floccipendens : *Cucurrit aduerſus eum erecto collo.* Quid hoc credis eſſe ad ædes currere alienas , quo tuis frœna laxes impudicitijs, niſi contra Deum currere ? quid tuis per omnia ſatisfacere cupiditatibus , pauperum ſanguinem ebibendo? quid vindictis ſtudere inhumanum , honoris tui puncta ſectari ?

VII. Nicanor Deū deſpicit. 2. Mach. c. 15. 4.

VIII. Peccator cū Deo repugnat.

Ex his collige num humani cordis duritia non omnem ſuperet creaturæ peruicaciam? *Graue cor per omnia*: hoc Deo reſiſtit, illi repugnat, & noſtro loquendi modo illum fatigat & acerbius multò conficit, quàm latomum duræ rupis expolitio, vel deſciſſio. Hoc Chriſtum qualem vides, detinet : *Fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem.* Quàm ſetiò Deus horum ſibi lucrari corda laborabat ? quot coram eis edidit prodigia ? quot illis audientibus feruentiſſimas declamauit conciones? quoties nunc blanditijs , nunc egit terroribus? quot circuitus quæſiuit? quot percurrit itinera ? Et tandem poſt hæc nedum illi non ſe ſubij-

IX. Cor hominis obſtinatum Deum fatigat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ciunt, ſed etiam illi aduerſantur, illum totis viribus perſequuntur, vt coactus diſcedat de Iudæa, & quaſi extorris fugiat in Galilæam. Hoc eum ſummoperè moleſtat. *fatigatus* &c.

Io. 10. X. Allegoria de olla Ezechielis. Ezec. c. 24. 3.

Sic ſentio, quod vt nobis ſitus corporis hic in Saluatore noſtro, quem deſcribit D. Euangeliſta, ſignificaretur, illum Deus tot prælapſis annis myſticè in Ezechiele efformarit, cui præcipit, vt illum ſingulari ſtudio deſcribat, notanterque diem, menſem, & annum quo hæc facta ſunt adiungat. Ad ſe citat Deus prophetam. Ezechiel: Domine: *Scribe tibi nomen diei huius. Et factum eſt verbum Domini ad me in anno nono, in menſe decimo, decima die menſis.* Ad quid Domine? Negotium tibi cum olla ænea proponam. Oſtendit illi lebetem æneum nigerrimum, immundiſſimum, ſcoriâ & ærugine obſitum oſſibus, carne, ſanguine oppletum. Hunc tibi ſume lebetem, illum expurga: qua, quæſo, Domine, ratione? quis modus? Aquam illi infunde, igni ſuperpone: hoc enim æs purificatur. Dicto obedit, aquam infundit, igni ſuperponit, aqua ebullit nec æs ollaque mundatur. Et hoc age, ſume ollam, collige prunas ardentiſſimas quibus montes liqueſcant: *Pone ſuper prunas, vacuam vt incaleſcat, & liquefiat, &c. & conſumatur rubigo eius.* Crebris languentem flatibus excitat ignem propheta, folles agitat, en tibi delaſſatur, ſudoris guttæ deſfluũt maiores, admiratur, caput ſuper brachium & manum, inclinat, corruit ex labore fatigatus. Quid indoleſcis ô propheta? heu mihi Domine deficio viribus, corruo, fatigatus ſum, vltra non poſſum, fateor me ſuperatum, etenim nullum inuenio remedium, quo à rubigine purificem ollam, omnem adhibui diligentiam totus ſudore madefactus elangui, & his omnibus nihil effectum, nihil à priſtina ingredine olla remiſit. O maledictam

Ezech. c. 24. 12.

ollam, inquit Dominus. *Multo labore ſudatum eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo, neque per ignem.* Quid his indicas Domine? quod eſt illud experimentum? Non fruſtra gratiſque factum, etenim ad magni declarationem myſterij volo ad perpetuam rei memoriam deſcribatur, quæ mihi contingent. Hoc intendo dicere, ô anima, loquitur Deus: *Immunditia tua execrabilis quia mundare te volui, & non es mũdata à ſordibus tuis.* O Cor humanum, ollam carnibus & ſanguine peccatorũ & abominationum refertam: ô lebetem fœtentem; en quam aptum cordis tuis ſymbolum! O quam immundum, quam profanitatibus maculatũ, quæ, velut ærugo, de teipſo exoriuntur: *De corde exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemia.* Ecce quam his omnibus olla regurgitat: *Repletos omni iniquitate*, teſtatur Apoſtolus. Quemadmodum ex ære naſcitur ſcoria, de carne noſtra prodeunt immunditiæ, quas enarrat Apoſtolus: *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c.* Nec hoc prætereas, ollam eſſe æneam, licet etenim cor humanum carneum ſit, eſt tamen obduratum & inſtar æris duriſſimum, qua de cauſa à Domino appellatur: *Cor lapideum.* Hoc ſolum Deo reſiſtit obduratum: hoc enim Ariſtoteles dicit durum: *Quod reſiſtit agenti.*

XI. Cor humanũ per ollam deſignatur. Ezec. 14. 13.

Matt. c. 15. 19. Ro. c. 1. 24. Galat. c. 5. 10. Ezec. c. 36.

XII. Cordis humani immũditia quam pertinax. Iſa. 48. 4.

Quàm hoc præclarè dixit Deus: *Scio quia durus es, & neruus ferreus ceruix tua.* Cor humanum quàm probè te noui, vtpote creator tuus, quòd æreum ſis, & ferreum. De cœlo deſcendit ter maximus ille propheta, te mundaturus. Quid non eo fine peregit? quot effudit aquarum ſudores, imo lacrymas, ſingultus, ſuſpiria, laborum immenſitatem? quot carbones beneficiorum & donorum? quid non eſt cum illo molitus, modò ſuauioribus blanditiarum aquis, modò feruentioribus minarum ignibus? quàm fortiter diuino ſuo flauit ſpiritu prædicando? & poſt multum temporis, qualis remanet & euadit olla iſta, liuoris, malitiæ, cupiditatis, ambitionis ſcoria ſordidiſſima? Magnum intuere Ezechielem ſudantem, laborantem fatigatum in horto montis Oliuarum: *Factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Quod percurrit itinera, quo cor iſtud immundaret: de horto ad Annæ domum, inde ad Caypham, inde ad Pilatum, inde ad Herodem, inde denuo ad Pilatum, inde ad montem Caluariæ, ibi aſſidens puteo aquarum ſanguinis, quem vbertim effudit, quàm oppidò, fatigatus quàm aridè ſitiens exclamat: *Sitio.* Et quale fuit illud cor eorum? quàm ſordidum, quàm ſua ſemper rabie atque inuidia horridum, ſic vt Præſidem conueniant: *Domine, recordati ſumus, quod ſeductor ille* &c.

Luc. 22. 44. Matt. c. 27. 63.

XIII. Peccator Deum fatigat.

Num quid hoc, amice, quotidianum? quid agit Deus vt tui cordis ollam purificet? quot inſpirationes? quot pulſus grauiores? quot conciones? quot terrores? quot promiſſa? Tu fatere, quale poſt hæc cor tuum? num emundatum? num ſcortum expulſum? aut ſcandaloſa ſocietas? Ingreſſus, an regreſſus in domum, vbi tibi oculos offendebas? An aliena reſtituta? Nedum iſta non impleſti, ſed noua ſuperbis arrogantia, durus obſiſtis, & neruus ferreus ceruix tua, brachium extendis tantam irritando maieſtatem, in illam impingis, nouis offendens iniurijs, ita vt (more noſtro ſi loquamur)

tua

tua illum duritie, tua conficias ſummopere rebellione: *Fatigatus. Fatigat eum* (inquit D. Aug.) *Inobedientia noſtra.* Caue tibi Chriſtiane, qui tantopere Deum fatigas, & ſi ad ea, quæ in illo ſunt non attendas, teipſum attende, tibi conſule, ne laſſus ſufferendo tuos iſtos concubinatus, impudicitias, morum inſolentiam, quâ totam grauiter offēdis Rempublicam, illam vſuram, quâ pauperum exſugis ſanguinem, illam cœcam tuam ambitionem, quæ te rationis reddit expertem, dicat aliquando: *Execrabilis malitia tua, mundare te volui, &c.* teque perdat æuiternùm.

*D. Aug. Ser. 92. de temp. Tom. 10.*

§. II. Ex itinere. *Fatigauit illum noſtrorum onus peccatorum adeò graue, quale deſcripſit Iſaias & ſignificauit Hieremias.*

31 ALij Chriſtum conſiderant ex itinere fatigatum: *Fatigatum.* Et in hoc voluit D. Ioannes modum indicare, quem Saluatot in itinere ſeruauit, quo mundum hunc peragrauit. Trimulis notum eſt, iter aliquem fatigare, quod pedes aggreditur, quid ſi inſuper onere grauatus incedat maiori, quantò maiori labore conficietur? Peregrinos illos, quos vidit Abraham aſcendentes per viam media die, ſole exæſtuante, iudicauit ipſe domum ſuam accedere adeo fatigatos, vt neceſſe cenſeret, ipſos in internus deducere tabernaculum, pedes abluere frigida, conuiuio recreare opiparo, calorem temperare, & laſſitudinem qua affligebantur, refocillare. Et cùm iuuenes eſſent robore præſtantes, & ipſum in eis robur laſſitudinem arcere valeret, nihilominus illos iudicauit Abraham oppidò delaſſatos, cum ipſos pedeſtres ad meridiem videret itinerantes. Quod de illis ferret iudicium, ſi quempiam illorum hoc iter videret conficientem graui pondere humeris oneratum? Hoc igitur in noſtro voluit Saluatore declarare Euangeliſta in huius mundi itinere. Suſcepit hoc iter Chriſtus pedeſter, & in mediam vſque diem proſequitur, æſtu ſolis feruentiori: *Hora erat quaſi ſexta.* Nemo dubitat, quin debuerit ſupra modum defatigari: ſic huic igitur addas, quod pondere noſtrorum peccatorum, immenſo inceſſerit prægrauatus, quis verbis exponat quàm ex laſſitudine confectus & deficiens corruerit? Dicat hoc nobis D. Aug. *Ad puteum fatigatus venit, qui infirmam carnem portauit. Graue pondus infirmæ carnis, ſed grauius eſt aliud quod Chriſtus in infirmitate carnis portat: quod cùm deferrt, non poteſt non ſummè defatigari.* Quod autem ſit pondus illud, quo Chriſtus tantopere prægrauatur, explicat vates Iſaias: *Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum.* Si pondus tantummodo carnis infirmæ, quam Dei filius aſſumpſit illi fuerit grauiſſimum, quantò grauius erit illi, ſi huic omnium hominum peccata ſuperponantur, onus quo nullum onerosius. Hoc Chriſtum tantopere defatigauit: *Fatigatus ex itinere*: quia grauabat eum criminum, quæ ſibi impoſuerat, infinita multitudo.

*I. Laſſitudinis Chriſto alia ratio: pondus eſt peccatorũ.*

*D. Aug. Tr. 15. in Ioa. To. 9.*

*Iſa. 53*

Nihil ita virum deprimit tenerrimum imo & validum quàm ſi iter aggrediatur infeſtum & accliue, grauiſſimo onere humeris impoſito. Pondus accipe ferri centum librarum, vel lapidem molarem, illum humeris iniice, & montis aſcende faſtigium. Bone Deus, quàm oppidò laſſareris? quàm grauiter præ nimia laſſitudine, ex itinere contracta pronus in terram corrueres: *Nihil tam ponderoſum & graue quam peccatum,* aſſerit D. Chryſ. quod multis confirmat argumētis.

*II. Similitudo.*

*Hom. 1. de pœnit.*

Nauim attende, qua Ionas vehebatur, iam demergebatur, armamenta proiiciunt nauis, ponderibus eiectis alleuiant, nec ſpes affulget melior ſalutis: quia pondus, quo nauis periculo naufragij exponitur, non eſt iſtius rationis, ſed pondus eſt peccati, quòd pectore latet Ionæ à facie Domini fugientis: *Nauis propheta corpore* (loquitur D. Chryſoſtomus) *grauabatur, non corporis magnitudine, ſed peccati: nihil enim tam graue aquè & oneroſum inuenies, quam peccatum.* Quid hoc Domine? res adeo parua, quæ tam parui capitur corde viri qualis Ionas, nauim ad ima deprimit! quàm hoc admirandum eſſet, ſi pila naui præſidiariæ maiori iniecta, illam ilico, licet velociſſimam, in maris abyſſum abſorberet? quàm graue cenſeretur illud eſſe amygdali pondus, quod triremi vaſtiſſimæ impoſitum confeſtim illam ad ima declinaret? Hoc eſt (inquit D. Chryſoſt.) peccati pondus, quod impoſitum præſidiarijs illis altiſſimis optimè inſtructis, nominatim autem illi triremi prætoriæ Lucifero, diuitijs ac gemmis talibus oneratæ, qualem Deus in hoc extruxerat vniuerſo, nulli comparem, cum Spiritus eſſent ipſo igne velociores, in momento tēporis illos in profunda deiecit inferni, celeritate, qua fulgur de cœlo in terram decidit: *Videbam ſatanam ſicut fulgur de cœlo cadentem.*

*III. Pondus peccati grauiſſimum probatur in Iona.*

*D. Chryſ. Ho. de Iona. To. 5.*

*IV. Similitudo.*

*V. Similitudo in Angelis.*

*Luc. 10. 18.*

Licet autem hoc multum ſit, clariùs tibi tamen patebit ponderis grauitas in ijs, quos ita ad abyſſos detrudit, licet fortiſſimæ ſint & potentiſſimæ creaturæ, quibus Deus nullas condidit in natura perfectiores, vt ipſos in ijs ita pertinaciter detineat, & detentus ſit in omnem æterni-

*VI. Peccatores [illegible]*

æternitatem, vt ſe loco mouere, nec hoc ſe ponderet poſſint exonerare. Hoc præſcius teſtatur Iſaias: *Grauabit eam iniquitas ſua & corruet, & non adjciet vt reſurgat.* Quod illud tam graue
VII. pondus, quo ſol onuſtus de cœlo in abyſſos pelagi decideret, illoque ſic grauaretur, vt ne punĉto quidem ſe poſſet dimouere? quod onus illud, quod cœlis impoſitum qui ſuſtinent orbem, illos deijceret, & in terram proſterneret vt illos nulla poſſit creatura remorari decidentes? Modum autem loquendi perpende mirabilem: *Non adjciet vt reſurgat.* Non ſolum non reſurget, aut poterit, ſed nec vires quidem extendet, reſurgere conatus: ſi turris quædam altiſſima, ſeu mons in gigantem cadaret, indubium eſt, quantumcumque fortis fuerit ille proſtratus corrueret, nec pondus tam immenſum ſupra ſe valeret ſuſtinere. Porro ſi nihilominus adhuc viueret, vires exereret & conaretur vt in hanc vel illam partem ſe deflectens ſubter poſſet emergere, licet hoc irrito fieret conatu.

O quantum illud peccati pondus, quo ſupremus Angelus prægrauatus, qui ſolis inſtar inter ſidera emicabat, de cœlo corruit, & in abyſſos lapſus eſt infernales, quod iſtos cœlorum Angelos, eminentioribus virtutum fulgoribus ſidereos, de ſua deiecit deorſum altitudine: & cum Spiritus ſint potentiſſimi, & creaturæ robuſtiſſimæ quibus ſimiles opifex Dei manus non produxit; & tales, quæ ſi viribus ſuis relinquantur, illorum plures tanta poſſent hoc vniuerſum mouere facilitate; quanta tu pilam in aëra ludendo diuerberas; illos tam pertinaciter detinet, vt nullatenus poſſint, nec in æternũ poterunt de ſub huius peccati pondere aſſurgere, ſed nec vires quidem extendent, nec conabuntur, nec ſemel prodire cogitabunt, quod & omnibus damnatis eueniet. Rationem adfero: quia ad huius oneris peccati exonerationem, omnes creaturarum vires non ſufficiunt, licet omnes illæ in vnum iunctæ conueniant, quas Deus creauit, vel creare poterit aliquando: ſed nec tota tanta quanta eſt natura poteſt animã vel à minimo peccato, quo grauatur, exonerare: non enim in tota illa, virtus eſt ſufficiens pro illo ſatisfaciendi.

VIII. Hoc (explicatore D. Chryſoſt.) oſtendit Deus in figura talenti illius plumbei quod vidit Zacharias quàm primũ enim mulier (peccati Symbolũ) vas ingreſſa eſt: vidit quod illam pone ſequeretur talentum plumbi, quo fixa teneretur, ne ſe de loco, quo illam deduxerant, dimoueret. Nihil hoc te moueat; quòd peccati pondus quamlibet detineat creaturam immobilem, tantum etenim eſt, vt ad ſuſtinendum ſolummodo tui peccati pondus: & perferendam eam quæ in te eſt, malitiam, quaque tu prægrauatis totâ ſuâ Deus indigeat omnipotentiæ fortitudine: *Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitũ.* Rom. c.9. 22.
Patientia ea eſt, quæ tibi vires, arduis perferendis adminiſtrat: Tam graue Deo tuum eſt peccatum, quo tu quoque prægrauaris, vt totâ ſuâ indigeat patientiâ, quæ tanta eſt, quanta ſua ſapientia & potentia, quæ infinita eſt cuius ſi vel atomum adimas infinitatis, tuum non poterit ſufferre patientia peccatum: *Oſtendit in me omnem patientiam* Aſſerit Apoſtolus de illo tempore, quo peccatis inhærebat. Indiguit totâ ſuâ potentiâ Deus, vt me peccatorem ſuſtineret, quæ eſt infinita, quæ ferendis oneribus ſola ſufficit infinitis & ponderis infiniti, & cum infinita ſit, tantum eſt pondus peccati, quoimpius impeditur, vt aliquando (parcite verbo) illam euincat.

IX. Tota Dei, eaque infinita requiritur patientia. 1.Tim.1. 16.

Notanda ſunt hæc verba Hieremiæ, quibus acriter arguebat peccatores. Quid vobis perſuadetis, veſtris peccatis Deum non fatigari: *Aſcendit ſuper cor eius, & non poterat Dominus vltra portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum.* Hier.44. 22.
Peccata veſtra cor diuinum affligunt, & notum ſit vobis: *Non poteſt Dominus vltra portare.* Bone Deus! non illi moleſtum eſt ſuis deferre humeris, cœlos, terrã, elementa, plantas, animalia, montes, mineralia plumbi, æris, argenti viui, ſuperando totum infernum, & quantum ille ſuſtentat; & queritur, quod peccatum ſit adeo ſibi graue, quod homo committit, & eſt in homine, vt vires illi portando ſibi deficiant! Hoc autem dicit, non quod peccati grauitas infinitam ſuam poſſit excedere potentiam & ſuperare miſericordiam, ſed vt intelligas quàm graue ſit Deo vel vnicum tuum peccatum. Nõ ita te grauat fames, ſitis, iniuriæ, morbi nec ipſa mors. ſicut Domino moleſtum eſt vnicum tuum peccatum. Non ita difficili animo tulit Iob filiorum cladem, bonorum iacturam, ſanitatis ereptionem, tanti ponderis afflictiones, quibus preſſus: *Corruit in terram*: ſicut fert Deus impatienter, quòd vel vnum committas peccatum, & aliquando vt tibi liqueat quàm hoc erat moleſtè, preſſus illo corruit in terram, & non, quia minimè poteſt, ſed vt peccati oſtendat tibi grauitatem, ſic ait: *Non poſſum vltra portare.* Liceat ſic dicere, ſuperata eſt à Pharaone, Baltaſſar Antiocho, & Iudæis diuina patientia: ſic igitur Deo tam moleſtum eſt vnum peccatũ alienum, quod nec in ipſo eſt, nec tuis incumbit humeris,

X. Peccatum Dei ſuperat patiẽtiam.

Iob 1,20.

ſed veſtris, & ei adeo laborioſum eſt illud ſuſtinere, quo te grauabunt onere tanta tua peccata? quàm in te erunt onerosa?

XI. Cur peccati onus non ſentiatur.

Objicies, ſi tale ſit onus peccati, quomodo hoc non ſentio? Tam agilem me ſentio poſt detractionis impudicitiæ, mille alia peccata, vt inſtat paſſeris volitem quocumque voluero. & quælibet nullo negotio perficiam. Commune eſt axioma philoſophorum: elementa in locis ſuis naturalibus non grauant: quod ſi illa inde eduxeris, eorum percipies continuò grauitatem. Intrat natator mare, & ad profunda aquarum vrinat, nec vllo illarum deſuper pondere prægrauatur, licet millenis hydrijs ſupermergatur. Illum inde educito, & ſex aut ſeptem humeris eius aquarum hydrias imponito, dicito, vt illas deferat, heu quam mihi (inquiet) hoc eſt moleſtum! Quæ huius rei cauſa? In mari eſt aqua, velut in loco ſuo naturali, ac centro, vnde & ibidem eius non ſentitur grauitas: in terra verò, & humeris tuis impoſita, in loco eſt alieno, proinde percipitur.

XII. Similitudo.

XIII. Voluntas inordinata centrũ eſt peccati.

Quis eſt locus naturalis propriuſque peccati? Hanc quæſtionem ſatis frequenter ventilat D. Auguſtinus contra Manichæos. Eſt, (inquit) voluntas inordinata, decepta, atque amoris ſui & affectuum agitata intemperantiâ. Tum voluntas eſt bene ordinata, quando Deum cognoſcens illum ſuper omnia, & propter illum diligit creaturas: Inordinatur autem, quando creaturis adhærens, ſe à Deo auertit, & eum propter illas deſerit: Hæc igitur eſt illa, de qua naſcitur peccatum, & in qua velut in legitima matre conſeruatur. Quo tempore in ſuis affectibus voluntas eſt male ordinata, eſt peccatum in illa, velut in loco naturali, vnde quamdiu ibidem eſt, eius non percipitur grauitas. Quare pōdus non ſentis adulterij? quia in tua inordinata reſidet voluntate auerſa à Deo, & affectu libidinoſo ad ſcortum conuerſa: qua paſſione ita obtenebraris, vt id quod agis, ſicut par eſt, non intelligas. Cur de grauitate non quereris ambitionis? quieſcit in tua voluntate, quæ affectu nimio ad honores inardeſcens deordinatur. Mox vt ſe voluntas conuertit rite componit, ſuiſque aperit oculos intellectus ſe conuertit ad Deum, ab affectu ſe auertit creaturarũ, proh quàm cito grauitas attenditur peccatorum. Quando proponis peccata tua confiteri, & diuina adiutus gratia malum aduertis, quod patraſti, quòd Deo creaturam prætuliſti viliſſimam, iam voluntatem ordinatè componis, & continuò peccati percipis grauitatem.

XIV. Illo debet educi vt eius grauitas ſentiatur.

Quis viderit Dauid & voluntatis ſuæ intemperantia delinquētem, amore carnali Bethſabee adhærentem vt cæcum, quo nec miſerum ſuum attendit ſtatum; quàm quietus peccato inhærebat, quàm parum de eius grauitate querebatur? quàm primum à Deo illuminatus componere proponit voluntatem, oculos aperit, pariter cœpit ſentire peccati moleſtiam: heu quàm graue: *Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* Quàm graue, Domine, pondus? demerſum me detinet, vt ne caput quidem attollere ſurſum poſſim, nec animal vidi tanto pondere impeditum in terram corruiſſe, quod tam immobiliter ibidem defixum retineatur, ſicut ego peccati pondere præpeditus. Nullum mihi robur, quo pondus attollam, nec me illo expediam, aut pro illo ſatisfaciam: quæ lacrymæ? qui gemitus? qui ſingultus? quæ pectoris tunſiones? quid hoc erat? onus ſentiebat.

XV. Vt patet in Dauid.

Pſ. 37.

Paulum Apoſtolum conſidera: quàm nullam ſentiens peccati grauitatem, contra Chriſtum leuiſſimè currebat? Voluntas eius erat incompoſita, cœca, inordinata. Illum Deus deſuper illuminat, voluntas rite componitur diuino iuuantis auxilio, dum ait: *Domine quid me vis facere?* Heu quàm iſto pondere premitur & angitur: *Triſtitia mihi magna eſt & continuus dolor cordi meo.*

XVI. Similitudo in D. Paulo.

Act. 9.

Rom. 9.

Cainum perpende maledictum, fratricidam, nullo dolore pœnaque conturbatũ quaſi nullius eſſet rei ſibi conſcius. In ſuo centro latebat peccatum: ſiquidem eius non cognoſcebat, nec aduertebat, quod commiſerat, grauitatem, nec cuius reus erat, inordinationem. Attamen illi Deus lumen infundit, quo cognoſcat fratricidium, illo licet in ſalutem vti noluerit, atque illi. Huc adeſto proditor: *Quid feciſti? Ecce vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me terra.* Sceleris aperit illi Deus grauitatem, & attonitus in illud erumpit deſperationis axioma: *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* q. d. tantum eſt criminis mei pondus, vt illud nec tua quidem ferre queat miſericordia. Quando tibi Dominus in ſuo iudicio dilatabit oculos Veneris proles impudica, qui virginis honorem prædo nefarius eripuiſti, & in ruinam animæ, illam deieciſti, tibique dicet: *Quid feciſti?* Et quando tibi vindicator acerriſſime, qui tanta percuſſus erras cæcitate, vt iuſtum eſſe iudices, alterum ob iniuriæ verbulum necare, te Deus illuminabit: dicens: *Quid feciſti?* Et quando tibi cui lingua ad quotidiana Sanctiſ-

XVII. Nec non in Cain.

Gen. 4. 10.

XVIII. ſimi nominis Domini ſoluitur effrœnis periu-
Damnati rianec ſcelerum memoraris: illorum tibi tri-
[illegible] buet Deus intellectum, dicetque: *Quid feciſti?*
iudicant Tunc onus ſenties, vt omnes ſentiunt condem-
peccati nati, tam onerosum, vt arbitrentur illud à Dei
grauita- non poſſe ſuſtineri miſericordia, licet ſit, vt eſt,
tem. infinita, quocirca de omni ſalutis deſperant, & in æternum deſperabunt, miſeri remedio.

Quid leuius videbatur peccatori hic viuenti imo ſuauius ac delectabilius, quàm tempus tere-re confabulationibus cum tali puella, ſuiſque per omnia placere deſiderijs? quid minus labo-rioſum, quàm quatuor aſſium lucri gratiâ, iura-re, periurare? quàm in proximum verbum pro-ferre detractionis, dicenti iucundum, qua ſibi complacebat ſatyrica & aculeata maledicentia: quàm pauperum ſibi coaceruare ſudorem, imo & ſanguinem? ludicrum habetur videre, deſide-
Prou. 10. 23. rare, concupiſcere: *Quaſi per riſum ſtultus opera-tur ſcelus*. Dixit ſapiens & amicus ille Iob: *Bi-*
Iob c. 15. 16. *bunt quaſi aquam iniquitatem*. Illos qui hic ita hoc ſentiebant, in inferno perpende, & attende quàm hæc grauia modo iudicent; ſic vt vel mi-nimū ſuū peccatū tanti dicant ponderis vt illo perferendo potentia Dei non ſufficiat etiā infi-nita, & hæc eſt eorum origo deſperationis: quia licet realiter Dei miſericordia ſit infinita, & omnibus peccatis quantumlibet infinitis in-finities infinities infinitior: tantum attamen eſt peccati pondus, vt illi ipſi, qui dum illud com-mitterent, cenſebant non ſolum ſe grauatos, imo & leues, & hilares, & excitatos, ibi tam viuaci-ter peccati ſentiant grauitatem, vt arbitrentur, nullum Deo ineſſe robur nullam patientiam, qua vel minimi peccati perferat grauitatem.

Vtinam hæc conſiderares, vtinam attende-res, quā graue animæ tuæ ſuperimponas onus in eo ipſo, quo tuo iudicio tibi nihil delectabi-lius, nihil eſt optabilius. Hic optimè quadrat
Hier. c. 23. 20. prophetæ dictum: *In nouiſſimis diebus intelligetis conſilium eius*. Si igitur vel vnius peccati tan-
XIX. tum eſt pondus, vt fortiſſimos creaturarum no-
[illegible] biliſſimarum, Angelos intellige, humeros poſ-
[illegible] ſit conterere, & in profundum demergere:
minori ſi Dauidi ſua tantummodo peccata pondus ad-
[illegible] ferant adeo moleſtum, vt cum talis ſit, qualem
[illegible] omnes fuiſſe nouimus, illo ſe ſuperatum fatere-tur. Si Cain ſuum cenſeat homicidium adeo enorme: vt nec Deus ipſe hoc patienter perfer-re queat: quantū pondus erit illud, illud inquam omnium totius mundi peccatorum? Inſuper ſi quando peccata ſunt in hominibus, quædam ſint Deo tam oneroſa, vt aliquando, noſtra loquen-di phraſi, ſibi ea eſſe dicat inſupportabilia: quid erit dicendum de totius mundi ſceleribus ſuis ipſis humeris impoſitis, & illis quidem, vbi ſunt extra locum ſuum proprium ac natura-lem?

Hoc eſt onus, quod Saluatoris onerat hume-
ros: *Poſuit in eo Dominus iniquitatē omnium no-* Iſai. 53. 6.
*ſtrum*. ait Iſaias: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit* Ioan. c. 1.
*peccata mundi*, inquit Baptiſta, Chriſtum deno- 19.
tans. Illum intuere, qui in ſe tollit totius mun-di, quàm graue ſentiat onus, & quàm onus il-
lud ſit intolerabile. Quanto grauaretur onere, XX.
vir ille, cui Deus totum pelagus omneſque hu- Similitu-
meris eius aquas imponeret? quali, cui vaſtiſſi- do.
mum montem Olympum, turremque Babylo-nis? quali quem omnibus mundi montibus cun-ctiſque grauaret telluris ædificijs? quod huic poſſet onus comparari? Illud ipſum eſt quod
Chriſti Pater impoſuit humeris: *Iniquitatem* XIII.
*omnium noſtrum*. Hinc facilè colligitur, nemi- Quantū
nem præ Chriſto moleſtiùs tuliſſe criminum Chriſtus
grauitatem humeris ſuis impoſitam. Etenim pondus
ſi nullus voluntatem habuerit ita Deo confor- ſenſerit
mem & ordinatam vt Chriſtus, & peccatum peccato-
ſit quaſi extra locum ſuum naturalem in volun- rum.
tate ordinata ad diuinam, perſpicuum eſt, quòd peccata Chriſto Saluatori impoſita, debuerint illi maiorem ponderis ſui cauſare moleſtiam: cum etiam humeris Chriſti eſſent ſuperpoſita, dicere licet, quod fuerint quaſi extra locum ſibi naturalem. Quia ita Chriſtus ſuam habuit voluntatem ordinatam conformemque Diui-næ, vt ab ea non potuerit deuiare, nec vllate-nus ſeparari & tunc eo grauiùs ponderis ſenti-tur moleſtia quo fuerit extra locum ſuum am-plius elongatum.

Non imponitur Chriſto peccatum quo ad culpam: quia nulla poterat Chriſtus inquinari, prout exponunt & profitentur Theologi, ſed tantum quo ad pœnam, quam pro illa debe-bat perferre. Hinc concludo, quòd Chriſtus atrociſſimas omnium paſſus fuerit pœnas quan-do morti crucis adiudicatur ignominioſiſſimæ. Nec non quòd tantos ſenſerit noſtrorum cri-minum dolores, ac ſi in illo, velut in nobis omnia reperirentur. Quid igitur miramur, quòd ita fatigetur ab itinere qui illud ſicut ipſe, ita ſuſcepit, tanto onere, quantum eſt noſtro-rum omnium peccatorum, prægrauatus. Mon-tes illos intuere criminum altiſſimos, cœlum vſque pertingentes, quæ à mundi primordijs homines omnes perpetrarunt. Hoc portato-nus, hoc fatigatur, hoc corruit, hoc modo ad

putei marginem labore confectus exanimis proſternitur, & quando crucem ſibi baiulabit, qua totum dependet opus, ſæpius cum illam in terram corruet, & cum adeo ſit immenſum, vitam illi adimet ſibi chariſſimam.

## §. 12. Sedebat ſic. *Erat ſicut Amnon amore languidus, de quo triumphat amor efficaciſsimus vt illum in te accendat.*

☞ 24 ATtamen longè profúdiùs nobis inſinuat Euangeliſta myſterium, Chriſtum ſcilicet nobis offert amore languidum, charitatis flammis ardentiſſimum. Hoc indicat dum illam temporis addit circumſtantiam: *Hora erat quaſi ſexta* id eſt Sol ad meridiem aſcenderat. Hæc eſt D. Gregorij regula, fuitque primitus D. Auguſtini: quotieſcumque S. Scriptura aliquam narrans hiſtoriam, circumſtantiam exprimit, qualitatemque temporis, hanc vult ſic intelligi, quòd ea ipſa inueniatur in corde eius de quo fit ſermo. De maximo narrat Abraham Patriarcha, quòd in ipſo feruore diei, quando Sol feruentiùs adurebat terram, eamque velut in ſartagine frigebat, ad oſtium proſilijt tabernaculi directè Solis oppoſitus reuerberationi, peregrinos exſpectans, vt illos in domum reciperet, eo quòd venturi eſſent fatigati & labore palleſcentes: *In oſtio tabernaculi ſui, in ipſo feruore Dei.* Quo Spiritus S. indicat tale fuiſſe & pectus Abrahæ, fornacem ſcilicet amoris & charitatis feruentiſſimam: & ſimul obijciendæ reſpondet quæſtioni: Parcat mihi Dominus qui fieri poteſt vt vir in æſtate calidiſſima, & ipſo feruore diei, ſolis ſe opponat & exponat reuerberationi, vt exurendus neceſſario eſſe videatur? Ne factum mirer s: illa quippe qualitas temporis quoad corpus, nimirum calor intenſiſſimus, qualitatem indicat animæ, charitatem ſcilicet erga pauperes & peregrinos ardentiſſimam, & ignis ille charitatis in anima, hoc in eo operabatur, vt in corpore ſolis æſtum non ſentiret ardentiſſimum.

*Li.2.mor. c.2.*
*Tract. 49. in Ioan.*
I. Circumſtantia temporis quid indicet.
*Gen.c.18. 1.*
II. Meridies charitatẽ ſignat feruentẽ.

Notanter autem (inquit D. Auguſtin.) vſus eſt Euangeliſta illo ſtylo, ſcribens de Iuda, dum de cœnaculo proſiliret: *Et cum intinxiſſet buccellam, dedit Iudæ &c. & cum accepiſſet buccellam, exiuit continuo:* cui ſic addit: *Erat autem nox.* Quo ſignificat illam circumſtantiam noctis verius fuiſſe in perditiſſimi Iudæ Apoſtoli pectore cuius cor Ægyptiacis & palpabilibus tenebris implicabatur, cum eſſet ipſe omni diuinæ gratiæ luce priuatus: vnde & in maximam & peruerſiſſimam incidit malitiam, qua vir omni palpa cæcior non poteſt patrare grauiorem. Progreditur, & de Diuo Petro ſcribit Chriſtum negante, cuius & temporis annotat circumſtantiam: *Frigus erat & calefaciebat ſe.* Vt frigus illud intelligas, & in Petri pectore conſideres: iam enim in eius corde deferbuerat charitatis, quo prius ebulliens tam præclara & repetita & iurata Chriſto promiſſa condixerat. Eodem modo nunc addit Euangeliſta temporis circumſtantiam ipſum ſcilicet meridiem id eſt ſolis ardorem intentiſſimum: qui æſtate maximè exæſtuat, & præcipue circa meridiem: *Hora quaſi ſexta;* Quando tellus exuritur, animalia præ nimio æſtu anhelant, ad ſua ſe recolligunt antra, paſſeres ad cauernas maceriæ, quo noueris hanc quoque in Chriſti pectore notandam circumſtantiam, in quo amoris æſtus erga homines erat intenſiſſimus, quo cor eius exurebatur: Chriſti pectus ardentiſſimo flagrabat amoris incendio, ipſe factus amaſius, quo mundus non vidit feruentiorem, hoc igitur œſtro percitus proficiſcitur, diſcurrit, feſtinatque diligentiùs.

*Ioan.c.13 30.*
III. Nox ſignificat mentis tenebras.
*Ioan.18.*
IV. Frigus indicat languidã charitatẽ.
*Ioan.c.4. 24.*

Diuinam ſcimus eſſe viſionem, qua illuſtratus Ezechiel, metallum illud vidit formoſiſſimum, in quo aurum argento mixtum electrum componebat pretioſiſſimum, quod flammis conſiderat igneis circumdatum. Et quid ageret? *Erat viſio diſcurrens.* nullam habebat requiem, huc illucque indefeſsè continuoq́ tranſcurrebat. Electrum ſanctum & non requieſces? ſatis liquet, quòd ignem non attendas, quo feruens exæſtuat. Ecce Chriſtum eminens electrum, in quo diuinitatis aurum argento permiſcetur humanitatis in vno ſuppoſito. Quàm feſtinè ſuæ diſcurrit tempore paſſionis? quàm inquietè de vno ad alterum tranſuolat Tribunal, de hoc iudice ad illum, & ante hæc, quam præceps graditur de Iudæa in Galilæam, de Galilæa in Iudæam, & inde verſus Samariam? quis te Domine, ducit adeo inquietum? quis te ad diſcurſus agitat, requies Angelorum? Amoris ignis, quo pectus eius circumcingitur? hic illum impellit ferueutiùs, ac vt tandem præ nimio labore feſſus anguſtietur, anhelus ſuſpiret, & viribus deficiens ad oram putei ſe proſternat defatigatus: *Sedebat ſic ſupra fontem.*

V. Chriſtus electrum incõprehenſibile.
*Ezech. 1. 27.*

Vt coniecturam capio: talem nobis deſcribit Euãgeliſta, qualẽ nobis repræſentat Hieremias: *Factus eſt in corde meo, quaſi ignis exæſtuans clauſuſque in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens.*

*Ierem. 20. 9.*

Viſcera

Viſcera perdit, exurit intima & continuo me cõmouet œſtro ignis inquietus: hoc ſignificat: *Ignis exæſtuans. Æſtuare* virum ſignificat in ardentiſſimo ſole anhelantem, exanimem continuò reſpirãtem, ne cor calore nimio præfocetur qui de cubiculo in cubiculum, de loco in locum quærit ſibi refrigerium nec in vllo leuamen reperit. Idcirco D. Ioannes vt ignem ſignificet, quo condemnati exuruntur, quantaque ſui miſeri torqueantur, eodem vtitur verbo: *Æſtuauerunt æſtu magno*: licet etenim fames cruciet, at cordis æſtus ſitim cauſat rabidam vnde diues epulo ſitim, qua torquebatur explicaturus, aquã efflagitat, qua refocilletur: *Quia crucior in hac flamma?* En tibi Redemptorem, quanto exæſtuet ardore, anhelat, reſpirat, ſitit, fatigatur, corruit, quaſi viribus exanimis.

VI. Chriſtus ignem ſignificat.

Apoc. c. 16.

Luc. c. 16. v. 24.

Deſcribitur nobis Amnon regis Dauid filius princeps vultus elegantia pectoris, aureæ pruui conferendus, viribus præpollens ſed eneruus, exanimis, exhauſtus. Illum aduertit patruus cognatus ſuus Ionadab à primo illo corporis ſtatu degenerem, quo vt princeps inclytus olim vigueat omnibus gratiſſimus; & obuius illi ractus ſic percunctatur quid tibi deeſt princeps inclyte, cur te video ſic capite decliui melancholicum? Quid animum tuum deiecit quondam excitatiſſimum? Quid ad ſingulas deficiẽs horas emoreris? Per ſalutem animæ tuæ, alto quid pectore latet? *Quare ſic attenuaris macie fili Regis per ſingulos dies? Cur non indicas mihi.* Heu mihi chariſſime & amicorum integerrime, ne mireris (inquit) *Thamar ſororem fratris mei Abſalon amo.* Vulnerauit cor meũ ſoror mea Thamar, pectus meũ amoris ſui iaculo lancinauit adeo fortiter, vt æſtu quam maximo cruciat in hac flamma; hoc igne conſumor, hic erodit viſcera, hoc deficiens collabaſco: *Amo.*

VII. Macie extenuatur Amnon ex amore nimio.

2. Reg. c. 13. v. 4.

VIII. Hoc nobis ſaluator reſpondet Princeps æterni Patris illuſtriſſimus, quem videmus viribus languentem ad putei marginem collabentem. Quid te moleſtat, Princeps ſereniſſime æternitatis primogenite, vt quid te dolemus & miramur exanimem, fame ſitique enectum, exſpirantem? *Quare ſic attenuaris, macie fili Regis.* Hoc nobis reſpondet: *Amo*: Vulnerauit cor meum ſponſa mihi dilectiſſima, ad quam inueniendam huc feſtinus accurri, & de nocte conſurgens ad ſolis ortum iter arripui: & hoc nobis reſponſo ſatisfacit quando tot in occaſionibus illum notamus languentem, elumbũ, corruentem: *Amo*. Ipſum ſi interrogaueris: quis te princeps inclyte de cœlorum deiecit vertice? Quis te velut rorem

Sic & Chriſtus.

IX. Amo reſponſũ Chriſti.

cœleſtem intra caſtiſſimi ventris recluſit vellus puriſſimum, carne languida & paſſibili circumamictum? *Amo.* Quis te Deum & Dominum maieſtatis ad præſepis humiliauit anguſtias, inter animalia ſociauit paleis fœnoque puerulum inclinauit? *Amo.* Quis te per mundum agitauit afflictum lachrimantem, carne debilem, perpetuis ieiunijs vigilijſque maceratum? *Amo.* Quis, Angelorum gaudium te mortis anguſtijs in horto detinet colluctantem, in terram proſtratum, ſanguineo ſudore madeſcentem? *Amo.* Quis, Paternæ ſplendor gloriæ, te in horto captiuum ad domum traxit Annæ, & de hac ad Caypham, pleno hoc in concilio, tot oppreſſum contumelijs & perfidorum calculo ſacerdotum vt reum proclamatum? *Amo.* Quis candor lucis æternæ, te nudum alligat columnæ, in qua quinque millia verberum excipis, nec aperiens os tuum, hoc tantummodo agens, vt teneras laceraſque carnes tuas, recolligas? *Amo.* Quis ſempiterni Patris requies, te detinet clauis in cruce confixum, dolentem, brachiis inſtar arcus extenſum ad amplexum, cui corpus ſit fons ſanguine iugiter manans, pectus apertum, quo cordis intima reuelentur: *Amo*: Quis cœli fortitudo, te detinet hodie fatigatum, collapſum ad puteum præ nimio labore reſpirantem, ne dixerim expirantem. *Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem? Amo.*

O amorem fortiſſimum (exclamat D. Bern.) omnes licet tuas deprædicẽt vires robuſtas modo apparent fortiſſimæ: video namque quod illum tibi proſternas, qui viribus pollet infinitis, ipſum omnipotentem ipſum Deum: hunc detines laſſum, debilem anhelum, & velut ad oram putei labore fractũ intolerabilis: *O amoris vim! Itane ſummus omnium, imus factus eſt omnium? Quis hoc fecit? Amor, affectu potẽs. Quid violẽtius? triumphat de Deo.* Eia agite mundi ſapientes, qui perpenſis varijs amantium euentibus qui in illis acciderunt: ex illis amoris vires colligitis, libros de eius illuſtrioribus conſcribitis triumphis, illos dimittite, qui vobis videntur eſſe celeberrimi, in quibus ipſum videtis triumphũ agere de Monarchis Principibus, Regibus, ſapientibus, diuitibus, pauperibus &c. & ipſos omnes ſuis gloriantur viribus ſubditos potentiſſimis, & illum cœleſtem admiramini triumphum, cuius comparatione ceteri omnes vileſcunt, quo de Deo triumphat: *Triumphat de Deo amor.*

36 D. Bern. *Ser. 64. in Cant. ad finem.*

X. Amor fortiſſimus de Deo triũphat.

Quando Saluatorem noſtrum contemplaris ſubditum, proſtratum, fatigatum, captiuum, crucifixum, mortuum, ne credideris ipſos hoc feciſſe,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ciſſe crudeliſſimos inimicos:qui illũ crucifixerunt, non eorum hoc aſſignes viribus, quibus de illo triumpharunt, quibus illum apprehenderunt ligauerunt, crucifixerunt virgis ceciderunt, occiderunt: hæc enim omnia operatus,
Eph.c.2.4 eſt amor: *Propter nimiam charitatem ſuam quã dilexit nos* &c. prope miraculum eſt ex mente D. Ber. eidem inhærentis meditationi: cum ſit amor res quæ minus poteſt cogi, & maximè repugnans violentiæ, talem nihilominus Dei pectori violentiam faciat, vt de illo triumphet referat-
D.BERN. que victoriam illuſtriſſimam: *Quid tam violentum? Quid tamen non tam violentum? Amor eſt. Quæ eſt iſta vis quaſo tam violenta ad victoriam, tam victa ad violentiam?* O ſtupendas oppoſitiones, quæ fuſiſſimos requirunt diſcurſus: quibus modo non licet immorari. Porro perpende qualiter amor de Deo triumphet, cum illum labore exhauſtum, & languidum ad putei detineat marginem, ita præ itineris moleſtia fatigatum, vt ex aquarum refrigerio ſibi quærat remediũ: *Ad puteum vires reſumit*: ait Tertullia. O qualis conſideratio, vtinam illam mente reuolueres attentiori, vt in te viuaciſſimas accenderes amoris flammas, quæ fornacis Babylonicæ flammas igne diuino ſuperarent?

XI. D. Pau. amor ex Chriſti naſcitur amore. Galat. c. 2. 20. Talem conſidera D. Paul qui cœleſtem illum animæ ſuæ ſponſum perpendens, amoris igne in cruce ſic vt nihil ſimile ſuccenſum, amoriſque vi ſeu manibus occiſum, velut extra ſe raptus, & mentis impos ſæpius in hæc verba prorumpit: *Dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* O dictum omnino ſententioſum, crucifixi pedibus inſculpendum. Quærebas tibi diſtichum, quod crucifixi pedibus inſcriberes, quo tua excitatur diligentia? Ecce tibi quo nullum aptius: *Dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* Hoc illi erat carbo adeo ignitus, vt illas tam ardentes in eius pectore flammas excitaret, quibus omnes ad ſingulare certamen euocaret creaturas: etenim nullam earum, imo nec omnes combinatas
Rom. c. 8. 35. cēſebat igni illi extinguendo potentiores: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus ſum enim: quia neque mors, neque vita, neque Angeli &c. neque inſtantia &c. poterit nos ſeparare &c.* Non auditam ſtupete fortitudinem; omnes labores, pœnas, ærumnas, calamitates, iacturas, infernum, imo & ipſos Angelos, ad certamen prouocat &c. *Certus ſum.* (O quis animus!) quod nihil me poterit ſeparare ab amore, quo flagro vt qui maximè, eilli ſeruenti. Quis has tibi ſanctiſſime Apoſtole vires inſtillauit? Vnde tam ardentes, tam violentæ amoris flammæ? Ex illo quem in Chriſto conſideraui. *In his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos.* Rom. c. 8. 37. Non ait propter eum, quem amamus, ſed: *Propter eum, qui dilexit nos.* Siquidẽ ex illo igne feruentiſſimo, ille noſter æſtuat; nec ita quidquam amorem incendit, quam amor, ſicut ignis ab igne ſuccenditur; vnde & celebre philoſophorum fuit axioma: *Si vis amari, ama.* Contemplare Chriſtum amore tui ſerventiſſimum, confectum, fatigatum: *Fatigatus ſedebat ſic ſupra fontem.*

§. 13. Sedebat ſic. *Proprius hic eſt ſitus amantium: etenim amor inclinat maieſtatem, vt patet in Bezace & Herculo.*

EX prædictis ſtupendã elicio verborũ Euãgeliſtæ D. Ioa. explicationem, quibus nobis Saluatorẽ deſcribit fatigatum, & ad putei marginem præ labore nimio reclinatũ: *Sedebat ſic ſupra fontem.* Licet enim SS. Patres hæc mirandis explicent conceptibus, quidam dicunt: *Sedebat ſic ſupra fontem; fatigatus*: alij *Sic* cogitabundus: alij *Sic* inclinatus: alij *Sic* humilis; dicã ego cuncta comprehendens, quòd nobis Euangeliſta Chriſtum delineet, quaſi ſponſum amaſium, verum Oſeã, puellæ captum amore vehementiori. Quàm anhelè ſponſus nobiliſſimus exſpectat dilectam ſuam intuiturus, quam credit ad feneſtram proditurã; cui fas erit colloqui? Seipſum ad angulum ſtatuit plateæ, capiti manubrij innixus, totus Argus, ad feneſtram continuò ſpectans, vnde ſol ille creditur oriundus, mille torquetur doloribus: omnia momenta, quibus egredi moratur, annos reputans infinitos.

En tibi cœleſtem amaſium: puellam ambit in vrbe Sichar demorantẽ; illum perpende ad orã putei reſidentem, & puteo, & brachio innixum, multioculum, portas ciuitatis ſpectantem vnde proditura erat illa, quæ cor eius exurebat amoris incendio: *Sedebat ſic*, cõtuens num egrederetur, num adueniret. Heu quamdiu moraris dilecta votorum meorum: vtinam mihi ſol oriretur, viderémque te venientem! Illum perpendit Iſaias & præfata nobis verba ſuggerit: *Aporiatus ſum, eſt, quia non eſt qui occurrat.* Viden' illum ita labore confectum, anxium, reſpirantem, qui huc illucque lumina reflectat? Quid hic rei ſubeſſe arbitraris? Puellam exſpectat, cuius amore deperit: & quia venire non feſtinat, idcirco

mœrens, adſpirans, & ſedet anguſtiatus; hac de cauſa, inquit D. Auguſt. *Sedebat.*

In Pſ.126. in illud: Surgite.

In S. Scriptura ſedere ſignificat ſe humiliare, & ſe blandũ oſtendere. Ita Danidis illud intelligitur: *Tu cognouiſti ſeſſionẽ meã & reſurrectionẽ meam*: q.d. meam humiliationem & exaltationẽ:

Pſ.138.2.

III. Sedere quid ſignificet.

Dicere ergo quod filius Dei *Sedebat*, ſignificat, quod humilis, blandus, comis, eſſet, nulla maieſtate ſuperbus, quæ venientes obſtupeſaceret; nulla auctoritate ſublimis, quæ acceſſum prohiberet. Nihil ita cor humiliat, inquit D. Bern. deprimit & emollit, ac amor, nec eſt vlla potentia quæ fortiùs deprimat & humiliet auctoritatem ac maieſtatem: etenim *Amor dignationis neſcius*, auctoritatẽ, maieſtatem & celſitudinẽ ignorat. Omnes obſtupeſcunt dum potentiſſimos mundi Monarchas ſuis vident colludentes filiolis. Quis non miratus eſt Imperatorem illum inter filios equo diſcurrentẽ ſtramineo alia que huic ſimiles in aula coram omnibus exhibentem actiones? Quis hoc facit? *Amor dignationis neſcius* Amor, quo vir mulierem amplectitur quàm illum reddit vrbanum, & affabilem, quantalibet ſit dignitate ſublimis? quàm illi omnino tollit grauitatem & eius deprimit auctoritatem?

Ser. 64 in Cant. ad ſam.

IV. Amor neſcit faſtum.

Diuina notat eloquentia D. Ambr. illud quod refert S. Eſdras vir in lege Domini doctiſſimus ac piiſſimus, olim dixiſſe virum illum ſapientiſſimum Zorobabel in illa diſputatione coram rege Dario ſolemniter inſtituta, hic vt probaret efficaciter, quanta mulierum eſſet poteſtas in medium producit quod ipſe oculis ſpectauerat: *Videbam Apemen filiã Bezacis, mirifici concubinã regis ſedentẽ iuxta regem ad dexterã, & auferentẽ diadema de capite eius, & imponentem ſibi, & palmis cædebat regem de ſiniſtra manu, & ſuper hæc aperto ore intuebatur eam: & ſi arriſerit ei, ridet, nam ſi indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam.* Hoc eſt domo ſua cuique notius quod de celeberrimo circumferunt Hercule Gentiles, & refert D. Clemens Alex & fuſiùs Lactantius Firmian. Hercules immoderatis affectibus reginam Lydiæ Omphalem proſequens, mulierem publicum ſcortum, eo dilapſus eſt, vt proiecta de manibus claua, & pelle leonis qua veſtiebatur, muliebrem habitũ induerit, ad eius ſederit pedes, colum manibus arripiens, ipſamque in nendi adiuuarit opificio; Et his nõ minora in aliquibus Romanorũ maximè illuſtribus legimus Imperatoribus, & noſtris iſta temporibus familiaria circũferuntur hoc amori deferimus proprium, vt præcelſas humiliet maieſtates, & ad ſtatum deijciat, quo mundus neſcit abiectiorem.

In Pſ.104.

V. Mulierũ quanta in virum poteſtas.

3. Eſdræ c. 4.39.

Orat. hor. tat. ad gentes p. 36. lib. 8. c. 9.

Conatur ſibi Deus deuincire lucrarique mulierem, quid faciet? Numquid maieſtate venerabilis, & auctoritate tremendus apparebit. Abſit omnino: ſi namque talis ſeſe nobis offerret quis hominum coram illa ſtaret intrepidus? Inter nos cum terreni reges vermiculi ſint; dum regia ſplendent maieſtate conſpicui, nullus audet agricola eorum adire præſentiam, quinimo & mundi ſapientiores confuſi obmuteſcunt, & nimia turbati celſitudine, quid proloquantur, ignorant.

VI. Maieſtas reprimit accedentes.

Eſther reginam conſidera regis Aſſueri ſpõſam chariſſimam, qui dum illam die quodam excepturus auctoritate & maieſtate ſederet terribilis, quàm primum eius apparuit conſpectui exanimis in pallorem vultu mutato corruit, nec vltra ſe potuit viribus deficiens continere. Quid non Verbum æternum efficeret ſi ſua maieſtate & auctoritate diuinâ præfulgeret, qua pedibus ſuis ipſos ſupremos ſubſternit Seraphinos: qui velut pudore confuſi, quod coram tanta ſe ſtare viderent maieſtate (notat Iſaias) ſuos pudibundi vultus alis ſuis operuerunt. Alibi vidit illum D. Ioannes in ſede maieſtatis ſuæ magnificum, quæ tantam illi conferebat reuerentiam, vt ipſi cœli comparere non præſumerent, nec coram tãta morari maieſtate: *Vidi thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum, à cuius conſpectu fugit terra, & cœlum, & locus non eſt inuentus eis.* Aliàs vt legem præſcriberet, cum ſe tanquam ſupremum omnium regem oſtentaret, tanto populus ille electus tremore perculſus eſt, vt in apertam omnes agerentur fugam, clamantes: *Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Imo & ipſe Moyſes, referente D. Paulo, Deo licet adeo familiaris vt cum eo velut amicus cum amico loqueretur, proteſtatur tamen, *Exterritus ſum & tremebundus.* Accedebat primùm vt Rex tremendæ maieſtatis (inquit Caiet.) quem præcurrebat ignis conſumẽs, qui ſcintillis ſuis fortiſſimos quoſque perterrebat tubas pariter præmittebat ſonitu clangentes horrifico, fulgura, nimbos, tonitrua, radios flammiuomos; quæ motum incuterent ijs, quos natura fecerat imperterritos. Quod ſi inter nos vel vnus fulguris radius tantum excitet horrorem, quid facerent ibi tanti & tam horrendi tot terrificis permixti tonitribus. Demum maieſtuoſa cœpit voce loqui Dominus, vt ex illa aliquantulum ſupremæ ſuæ maieſtatis innoteſceret, qua illos ita perculſit, vt non eſſet vel vnus, qui pedibus conſiſteret, vires omnibus deficiebant, collabebantur inter manus ſemianimes.

VII. Terretur Eſther Aſſueri maieſtate.

Apoc. cap. 20.11.

Exo. c. 20. 19.

VIII. Dei maieſtas in monte Sina terribilis.

Heb. c. 12. 21.

nimes, vt nec verba Dei loquentis audirent, imo nec ipſe Moyſes, quod mireris, ſtetit intrepidus ſibi conſtans; vt diximus, & D. Thom. congruè, declarat præfata Apoſtoli verba: *Quia non poterat verba Dei portare*, illaque adducit, quæ totus populus Moyſi propoſuit;

Deut. c.5.26.

*Quid eſt omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur, ſicut nos audiuimus, & poſſit viuere?*

Olim in terra Palaſthinorum, dum vel vmbram ſuæ demonſtrat, quâ præerat, auctoritatis, cum arca illa ſanctiſſima velut clauſus detineretur, tantus omnes inuaſit metus, vt dicerent: *Quis poterit ſtare in conſpectu Domini Dei ſancti huius?* Modò ſponſus factus eſt mulieris amantiſſimus, hic eum amor ita deiicit, & humiliat, vt in terram proſtratus ſedeat, & ad putei crepidinem inclinetur, non Seraphinis circumſtipatus, non illis cœleſtibus exercitibus, quos vidit Iſaias, circumcinctus, tanta maieſtate conſpicuus, vt præ nimia eius puritate ſe coram eo non poſſe ſtare iudicaret: *Et dixi, Væ mihi, quia vir pollutus labijs ego ſum.* Non igneos eiibrans radios, non flammea ſpicula, vt olim in monte Sinai terribilis apparuit, quæ vires eneruent fortiſſimas, ne quis tali queat firmus adſtare ſpectaculo, ſed exanimis lapſus reſpirans ſolis exuſtus ardoribus, ſudore perfuſus, humi reſidens: *Sedebat ſic*, vt propius ad eum accedere mulier abiecta non vereatur, cum ipſo fiducialiter locutura. Hoc eximium eſt quod dilectiſſima requirebat à ſponſo ſponſa beneficium: *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, & inueniam te foris, & deoſculer te.* O dilecte votorum meorum, qui ſede maieſtatis tuæ triumphas glorioſus, tam à me procul diſſitus, cuius non poſſim adire præſentiã: etenim coram illa cœli columnæ contremiſcunt: quis mihi te det in terra mei ſimilem, fratrem meum, puerum vagientem, ab vberibus dulciſſimæ matris ſuſpenſum, brachiis te ſtringam arctiſſimis, oſcula infigã ſuauiſſima, ore ad os loquar fiducialiter. O quale hoc beneficium! En tibi rationem, cur naſci voluerit infantulus cur ſe nobis offerre vili reclinatum præſepio, loco receptum tam humili, ſtabulo inter animalium ſordes hoſpitatũ, ab vberibus paupertimæ maſuſpenſum: vt omni poſtpoſito timore ſecurus appropinques: nemo quippe puerum fœno iacentem, lactentemque abhorruit. En tibi cur modo tam humilis, ad putei crepidinem deiectus, ſolus, defatigatus, ſolis æſtu denigratus, velut proſtratus, vt ad eum totâ fiduciâ ſecurus accedas, cum ipſo aliquantulum temporis familiariũs colloquaris: illique dicas:

1.Reg.c.6. 20.

IX. Christi humilitas ad puteũ.

Iſai.c.6.5

Cant.c.8. 1.

X. Cur Chriſtus naſci voluerit humilis.

*Quærens me, ſediſti laſſus,*
*Redemiſti crucem paſſus,*
*Tantus labor non ſit caſſus.*

## §. 14. Venit mulier. *Arentem Chriſtus oſtendit ſitim huius mulieris amantiſſimus amaſius ad non leue noſtrum ſolatium.*

CVm iã nobis oſtenderis Euangeliſta ſanctiſſime, quanto cœleſtis ille Princeps amore flagraret, illeque Principem amor impulerit ita accelerare gradum, vt corpore præ nimio labore conficeretur, & iam tota oculorum fixa acie ad portas reſpiceret ciuitatis vnde ſponſa ſibi chariſſima eſſet proditura, modo nobis (amabo) quænam ſit illa, ſignifices. Numquid princeps illuſtri ſtemmate commendabilis? Numquid domina nobilitatis non deſpiciendæ, vel maximi Monarchæ filia? Numquid puella ipſa probitate melior: talibus namque ſponſus ille affici ſolet ardentiùs? Haudquaquam, ſed mulier eſt Samaritana, hæretica, vilis, infamis, carnalis, ſentina leuitatum. Non adeo iuuenis, cum quinque viros terræ mandaſſet, & cui cum annis ardens libido non deferbuerat; erat etenim ſi vel vmquam dedita laſciuiis, cum domi ſcortatori lupa conuiueret. Statutum erat apud Samaritanos, vt nemo plures, quàm quinquies matrimonium iniret: cenſebant enim illi licet infideles, quod ſæpius nuptias contrahere, immoderatæ ſignũ eſſet ſenſualitatis. De hac notatur Samaritana, quæ quantis poterat, nubebat, & cum iam habere non poſſet vxor maritum; ſcortatorem tenebat impudica. De legibus Samaritanorum & hac impudica muliere, audiamus quod referat Diuus Athanaſius: *Hæc mulier viros iuxta Samaritanorum leges habuit, mortui qui iam erant, poſtea ſcortabatur. Nemo ſiquidem cum ea, vt cum vxore legitima volebat cohabitare. illa vero concupiſcentiam ſuam cum refrænare non potuit, clam apud ſe habuit, cum quo conſuetudinem habebat, & non erat hic manifeſtus aut legitimus maritus, ſed eum virum ſecum habebat occultè.* Diuus chryſoſtomus opinatur, quòd omnes illi quinque, de quibus Chriſtus, ſcortatores fuerint & non mariti, illamque reprehenderit, quod adeò in omnem fuiſſet profuſa libidinem, vt ſimul quinque procis corporis ſui tradidiſſet poteſtatem. Fuerit hoc aut illo modo, ſatis manifeſtum eſt quàm eſſet laſciua meretrix & ad tam miſerum deuoluta vitæ ſtatum, vt nec ancillulam, nec ſeruulũ haberet,

I. Quid Chriſtus in hac muliere ſpectare potuerit vt eam amaret.

D. Atha. Lib. q. de ſcriptur. q. 56. p. 411.

II. Samaritanorum leges circa matrimonium. In pſ. 119

beret, qui ei vel hydriam aquæ de puteo hauſtam deferret, ſed cogeretur ipſa aquam haurire, & hora quidem diei feſti, dormiente forſan amico vt ipſa illi prompta deſeruiret aquamque ſi quando ſurrexerit expetrectus, lauandis manibus exhiberet: Quis hoc ſibi perſuadeat ô Domine cœlorum, quòd tanta talem beneuolentia proſequaris, hanc ambias? Quid, precor, in ipſa, ſordium colluuie notaſti, quòd illi tantopere afficiaris? Quid in illa tibi complacuit? quid amorem excitauit? quid cor tuum incendit?

*III. Quæ ſit cauſa amoris. D. Tho. 1.2.q. 27. ar. 1. Lib. 8. de Trinit. c. 3.*

Curioſiùs inquirunt Theologi cum philoſophis, quæ ſit cauſa dilectionis, & quid ſit, quod in corde producat amorem, & doctiſſimè reſoluit D. Tho. ſubſcribens D. Auguſtino. *Non amatur certe niſi bonum ſolum.* Afficit voluntatem tuam aliquod bonum, ſiue vetuſtas alterius, ſiue ſcientia doctoris, ſiue religioſi præſumpta ſanctitas; ſiue gratia & ſolertia, qua puella loquitur, & ambulat, & videt. Si vero nihil ſit quod voluntas poſſit amare, non eſt quod in illa prouocet, incendatque dilectionem. Videamus igitur, Domine mi, quid in illa muliere boni perpendiſti, quod tuam ſic afficeret voluntatem, quo ſic eius amoribus inardeſceres? Num forte animæ mundities? Num corporis pulchritudo? Num ſcientia ſingularis? Num generoſa nobilitas? Num rara prudentia? Hæc in illa omnia deſiderabantur, Quid in ea igitur dignum amari conſideraſti?

*IV. Chriſto verba apud Hieremiā obijciuntur. Hiere. c. 2. 12.*

Certiſſimè tibi tuis poſſemus verbis replicare, nec te minus mirari, quàm tu miratus olim hominum amorem explicaturus inordinatum, apud Hieremiam grauiter expoſtulas, cœlum & terram aduocas, vt ad hominum affectum ſtupeant reprobiſſimum: *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & ſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer: duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Dein oſtendens quàm iniquo animo patereris, quòd anima viliſſimis afficeretur, illi ſic improperas: *Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam &c. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te.* Credendumne eſt, inquit Deus, vt ſit, qui fontem horreat vitæ cryſtallinum, & geſtiat aquam bibere ciſternarum diſſipatarum, vermibus, lutoque nauſeabundam? Fierine poteſt vt cum in terra tua Iordanis aquas habeas limpidiſſimas, aliò proficiſcatis aquas indagaturus, bibiturus Ægypti turbulentas? Sumit metaphoram à Nilo flumine Ægypti, qui communiter gurgite fluit turbulento. Non multis indigemus, dicit Deus, argumentis quibus tuam conuincamus amentiam; illud ipſum opus euidenter probat, quàm hebes ſis, & obtuſa. O Domine mi, ni fallar, hoc ipſum in te licebit retorquere: Credendumne eſt, cum tales tibi ſint cœlo fontes, Spiritus Angelici, quibus liceat delectari: & in terra mater tibi ſit Sanctiſſima, qua cum dulciſſimè confabuleris, Apoſtoli tui à te prælecti vt fontes eſſent orbis terrarum, quod ſolus remaneas, & amorem tuum transferas, quæraſque ciſternam diſſipatam, qualis erat cor huius mulieris, infidelis, idololatræ, carnalis, abiectiſſimæ, proſtitutæ: *Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam?*

*V. Chriſti noſtræ ſalutis ſitis explicatur. Eccl. c. 26. 15.*

Hinc tibi ſitis Saluatoris patebit ariditas. Si quando quis ſiti alteratur rabidâ, licet aquam videat mille ſordibes inquinatam; toto tamen animo ad illam bibens approximat: *Viator ſitiens* (inquit Salomon) *ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet* Perambulat quiſpiam meridie per inuia & inaquoſa ſiti anhelus, ſtagnum aduertit; quod vermibus lutoque ſimilius eſt quàm aquæ, ad illud ſitim extincturus ſe continuò proſternit. Heus amice, quid agis? Heu Domine mi: Verè te latet quanto ſitis ardore mihi cor exæſtuet.

*VI. Similitudo. Orat. de pauperibus amandibus.*

Perpendit D. Gregorius Nyſſen. diuitis epulonis petitionem, dum in inferno cruciaretur, Abrahamo libellum offert ſupplicem, mittat Lazarum, qui intingat extremum digiti in aquam, illaque quæ de digito deflueret, linguam refrigeraret ſiti ardentiſſimam.

*VII. Epulonis quanta ſitis in inferno. Luc. c. 16. 24.*

Heu diues, quærit hic ſanctus, an tibi in mentem non venit Lazarum leproſum eſſe, vulneribus putredine manantibus obſitum, cuius de digito potius putredinem, quàm aquam ſtillare conſpiceres. Nonne tu delicatulus, politus, nauſeans, qui nolles corpori tuo quidquam adhiberetur, quod non omnem munditiem, purpuram, byſſumque redoleret; quantò minùs quod ori foret propinandum? Ne ſtupeas: *Crucior in hac flamma.* Talem ego patior ignem vt ipſam ſaniem ſumerem ac biberem eſſetque mihi non leui refrigerio. Voluit magnus ille amaſius animarum, ſpem noſtram excitare, & de amore ſuo ſecurum reddere peccatorem, timorem quo iuſtè angebatur, auferre, dum dubitat, an Deus velit etiam in gloriam recipere, qui fuit, & talis eſt, qualis ego, quales vos, an oculos ſuos ad me dignetur vel ſemel reflectere, qui tabum ſum immunditiarum, & vermium cloaca fœtiſſimorum? Ex hoc oſtendere voluit, quòd amet animas, & quòd tuam ambiat, ſit licet vitiorum

tiorum ſterquilinium, & ſanguiſugarum ciſterna peſtiferarum.

Aptiùs declarari non poteſt, quo flagret diabolus animarum noſtrarum deſiderio quàm ſi eum deſcripſeris illarum ſiti rabioſum. Ita Dominus hoc expoſuit, de eo ſub figura locutus Elephantis: *Abſorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius.* (*Iob c. 40. 28.*) Nedum Nili fluenta abſorbebit (qui in S. Scriptura dicitur abſolutè fluuius) quinimo & ipſum conabitur Iordanem deglutire. Amat elephas aquas turbidas, & illas bibit ſemper, ſi verò limpidas biberit ardentiſſimæ eſt ſitis indicium. Immundus ille ſpiritus, & ſerpens infernalis, terram pro cibo habet & potu lutoſam aquam: aquis etenim delectatur impudicitiæ, luxuriæ, homicidij, cædis, &c. abhorret autem & execratur aquas virtutum puriſſimas, per aquas Iordanis deſignatas. Tanta exareſcit ſiti, vt proprijs ſuis non acquieſcat aut ſatietur aquis, quæ ſuæ conueniunt apprimè malitiæ (peccatores intelligo) illos inceſſanter abſorbet, iſta infidelium gentilium, imo malorum maria Chriſtianorum: ſitit inſuper aquas mundiſſimas, illas anxius inquirit: ſtudet etenim iuſtos vorax bonoſque deglutire.

VIII. Diabolus etiam iuſtos ſitit abſorbere

IX. Chriſtus non tantū iuſtos, ſed etiā ſitit iniuſtos.

Non leuiori feruet ſiti Redemptor noſter Satanæ antagoniſta: eius potus aqua eſt pura, ſanctitatis & munditiæ, ſocietas eius cum Angelis beatis ſpiritibus, cum matre ſua puriſſima, & Apoſtolis: attamen tanta ferueſcit ſiti, vt illi non ſufficiant aquæ Iordanis, quærit inſuper aquas Nili turbulentas, aquas Ægypti, ciſternas diſſipatas, fluenta vermibus exhorrenda. O quale tibi ſolamen, quale mihi, quale omnibus! Dubitare tu poſſes hominum flagitioſiſſime? O Domine, num mei flagrat deſiderio princeps ille nobiliſſimus? An animam meam magnifaciet? An illam ſibi oblatam accepturus? An meæ placebunt illi tepidæ licet orationes? An confeſſiones imperfectâ factæ contritione? An erunt gratæ licet indeuotæ communiones? O Domine vtinam orationes meæ tanto proferrentur ſpiritus feruore, quanto Seraphim ille terreſtris S. Franciſcus ſuas promebat ardentiſſimo; vtinam mei corporis caſtigationes tam ſanctæ, quàm magni illius Apoſtoli D. Dominici: vtinam meæ eleëmoſynæ tantâ erogarentur charitate, vt Patriarchæ Abrahæ poſſent comparari: vtinam meæ ſcelerum confeſſiones Magdalenæ Petrique confeſſionibus ex perfecto dolore poſſent æquiparari: vtinam meæ communiones aliquid haberent de S. Catharinæ Senenſis pijſſima deuotione: hæc omnia libens offerrem; Verumtamen, quidquam tam malùm ac ego, opera tot imperfectionibus polluta, qualia facio quotidie, quomodo Domino ſatisfacient? Num illa acceptabit? Euge age chariſſime ne dubites, ne moreris, hoc noueris, extremæ fami nullum malè ſapere panem, nec ſiti lymphaticæ aquam turbidam. Quando crucifixus emoritur, voluit, ſciamus, quòd ſiti areſcens exſpiraret: *Sitio.* Heu quàm ſiti crucior inſatiabili: Offerunt illi acetum, & ebibit: *Cùm accepiſſet acetum.* (*Ioan. 19. 30.*) Domine mi bibiſne acetum? bibo, & exclamo *Sitio*: vt & audias & videas, anima tibi licet ſit acetoſa per malitiam, eam nihilominus ſitio, oblatamque recipiam.

X. Magnum ſolamen peccatoribus.

XI. Simile do.

Si gigantem videres tanta fame lymphaticum, vt lateres ipſos rupeſque deuoraret, ſaperentque illi dulciſſimè: ex hoc tibi perſpicuum foret, quo panem appetitu comederet multo gratiori, licet aridum & à vermibus eroſum. Si videres alterum tantâ ſiti deficientem, vt luti ceſpitem manibus arriperet, illum ſuper linguam ſuam exprimeret, vt vel aquæ guttam educat, nihil dubitans aquæ vaſculum illi propinares, licet turbatæ, tantæ namque ſiti, nulla parit aqua nauſeam. Vaſtum illum cœli gigantem intuere, quâ ſiti laboret, vt luti fruſta colligat, illiſque refrigeretur. Attende quæ beneficia contulerit mulieribus, & maximis maxima peccatricibus. Quid egit cum Magdalena? Quàm liberalis Chananææ? Quàm benignus adulteræ? Quàm comes huic, quæ tota erat cloaca libidinum? Chariſſime conſidera, quòd peccatores ad ſe venientes auſterus non eijciat, qui tanto ſtudio, & ſiti canina quærit peccatores, eorumque gratiâ deſcendit de cœlis & incarnatus eſt.

XII. Chriſtus venit in terrā pro peccatoribus.

*Fidelis ſermo* (dicit Apoſtolus) *& omni acceptione dignus, quod Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere.* (*1. Tim. 1.*) Et in me ſume exemplum, etenim hac de cauſa tantam mihi præſtitit miſericordiam, vt ille cunctis pectoris ſui innoteſcat amor ineffabilis: *Ideo miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primum oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri ſunt ei.* Venit peccatores quæſiturus: quia vt iuſtos inueniret, non opus erat deſcendere de cœlis, cum in illis chori ſanctorum eſſent innumerabiles, nec illos in mundo reperiret, inquit Diuus Paulus, accinente propheta regio: *Non eſt iuſtus quiſquam,* Amor quo peccatoribus afficiebatur, in terram

eum

eum attraxit, egitque vt illos veniret ſedulò quæſiturus.

XIII. *Amor Dei noſtro eſt diſſimilis.* *1.2.q.25. art.4.*

Obijcies, Pater mi, nihil eſt in me boni, nihil virtutis, quomodo me diliget Chriſtus? Vade: non eſt eius amor, noſtro ſimilis. In nobis, ſi credimus Angelico Doctori amor ex aliquo bono naſcitur, quod in altero notamus, quo amor in nobis excitatur, quo illum eius boni gratiâ diligimus, vnde non niſi bonum amamus, & ob id tantum illum diligimus, & tantò feruentiùs quantò bonum illud eſt excellentius. Attamen non eſt ſic in Deo: diligit non quia res ipſa bona eſt, ſed vt illam efficiat bonam. Hoc ex Dauide canit Eccleſia de quolibet iuſto: *Amauit eum Dominus & ornauit eum.* Primùm illum amauit, & inde ortū eſt, vt illi dona ſuæ tribueret miſericordiæ, quibus eum eleganter excoluit, & abundanter exornauit.

*Ezech.16.* XIV. *Deus nō amat in nobis bonum ſed amando reddit bonos.*

Mulieris illius recordare fordidiſſimæ de qua apud Ezechielem: quæ cum non haberet vnde commendanda, imo plura ob quæ meritò reijcienda, illam tamen amauit, & ob hoc in ſuam recepit curam, mundo muliebri pretioſiſſimo gemmiſque rariſſimis adornauit, quibus non poſſet Princeps ſanguine illuſtriſſima cultiùs adornari. In nobis verò prius res eſt in ſe bona, quàm amemus: in Deo prius eſt rem amare: quam eſſe bonam, imo potius ob hoc eſt bona, quia illam Deus amat: ſiquidem amore ſuo illam reddit bonam, & in ipſa producit bona. Si Deus non amaret, niſi quod eſt in ſe bonum, quem in orbe, precor, amaret? Amat, non bono illectus, quod res habet, ſed illam bonam faciendo. Illi tuam offerto animam, illum rogato, vt illam diligat, non quia bona ſit, ſed vt eam reddat bonam: illi dicito, Domine animam meam tibi do, tibique conſigno. Tuas illi offerto orationes, licet tepidas, tua bona opera, licet imperfecta: quia vt amoris ignem percipias, quo feruet te recipiendi, mulieris ſe oſtendit amatium; qualem audiuimus eum? quàm comicè illi blandientem? quàm auxiè quærentem? quàm patienter exſpectantem? quàm oppidò laſſum & ad oram putei reclinatum, fixa acie contuentem? *Sedebat ſic ſupra fontem.*

## §. 15. *Vt det nobis Saluator cœleſtes, quas petimus aquas donorum, oprat vt nos illi cordis aquas offeramus, quod ipſe ſignificat ſedens & expectans ad puteum.*

☞ 41 *Ser. 30. qui eſt de eleemoſyna* *Cant. c. 4.15.*

SEdebat ſic ſupra fontem. Subtiliter expendit D. Ambroſ. hunc loquendi modum Euangeliſtæ: *Sedebat ſic ſupra fontem.* Si ad S. Scripturæ recurramus volumina, in ijs reperiemus, quod ſæpe numero Chriſtus hoc ſe nomine compellet fontis, quaſi ſibi proprio, ſeipſum inſcribit: *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium: quæ fluunt impetu de Libano.* Quando natus apparuit in mundo; de eo ſic præſcius vaticinatur Zacharias: *Erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.* Ea de cauſa ſeipſum Dominus in illa ſignauit petra, quæ gurgites aquarum populo profudit abundantiſſimos: dum præ ſiti deficeret, nec haberet aquas ad aquas confugeret ſitim extincturus. Hoc nititur argumento D. Paulus, vt Chriſtum intitulet Petram: *Petra autem erat Chriſtus.* Iſaias autem indiſcriminatim omnes inuitat, vt aquas hoc de fonte hauriant vberrimas. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* Imo & ipſe Dominus eodem vate præcone cunctos ad huius aquæ fontem inuitat: *Omnes ſitientes venite ad aquas.* Iam factus homo ipſo die Paſcharis ſolemniſſimo altius omnibus ſitientibus acclamat: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Imo in hoc ipſo Euangelio (notatore D. Ambro.) ſeipſum nomine fontis declarat, cum de ſeipſo dicat, quod viuas habeat aquas, omnibus patentes, qui voluerint illas acceptare.

I. *Chriſtus ſæpe fontis nomine inſcribitur.* *Zach.13 1.* *1. Cor. c.10. 4.* *Iſa.12.3* *Iſa. c. 55.1.* *Ioan.c. 7.*

II. *Myſteriū ſedet hic fons ſupra fōtem.*

Ex quibus omnibus infertur, quòd in S. Scriptura frequenter ſe Chriſtus illo ſe fontis nomine manifeſtet. Hoc præmiſſo, ſi Chriſtus fons eſt & puteus aquarum viuentium, de illo referente Euangeliſta, quòd *Sedebat ſic ſupra fontem,* vult indicare, quòd fons ſedebat ſupra fontem, & puteus ſupra puteum. Nec hoc aliquis negat. Vult autem in hoc conſideremus, quod cœleſtis fons ſederet ſupra terrenum fontem: & quòd diuinus puteus diuinis ſcaturiens aquis ſedeat hic ſupra terræ puteum, qui tantum aquis redundat ex illo bullientibus. Quo, quantum conijcio, nobis intimat, quòd ille qui diuinas deſiderat aquas, donaque cœleſtia, oportet ſe diſponat, vt prior ipſe de ſuo fonte aquas effundat terrenas. Et quicumque conſequi exoptat aquas de fonte hoc Chriſto Redemptore, oportet a-

tet aquas offerat Redemptori, de fonte ſibi proprio quæ licet ſint terrenæ, & humili fonte ſcaturientes, illis tamen mediantibus aquas obtinemus diuinas & cœleſtes, quas Chriſtus nobis offert ipſe fons diuinus & cœleſtis.

III. Dandũ Chriſto de noſtro fonte, vt de illius fonte recipiamus. *Prou. c.* 18. 4. *Mat.* 15 *Eccl. c.* 16.

Porro ſi ſcire expotes quis ille ſit puteus noſter, qui tantummodo terrenus eſt, ſupra quem fatigatus ſedet captans leuamen fons ille cœleſtis Chriſtus: Salomonem interroga, ille tibi reſpondebit: *Aqua profunda verba ex ore viri.* Et non incongrua proprietate fons vocatur cor humanum: ſiquidem ex illo velut de ſcaturigine proſilit quidquid cogitas, loqueris, & agis, ipſa veritate teſte. Circa puteum illum, ſeu ſupra fontem illum vult ſedere Dominus, illum tuæ diuinæ ſubdens voluntati, quocirca Spiritus S. dicit quòd *Poſuerit Deus oculos ſuper corda illorum.* Num igitur exoptas, vt Deus qui eſt & origo bonorum omnium cœleſtium, vbertim in cor tuum ſuarum effundat aquas gratiarum? Illi tu cordis tui profundas aquas, lacrymas, orationes, ieiunia, eleëmoſynas, & opera bona, & hoc modo tibi cœleſtium bonorum aquas effundet copioſiſſimas.

VI. Sub figura terrenorum cœleſtia ſignantur. *Deut. c.* 28. 12.

Olim Deus cœleſtes ſuas aquas populo illi rudiori ſub ſymbolo aquarum terreſtrium communicauit, ſicut & illis bona cœleſtia declarabat, quæ promittebat in figura bonorum & diuitiarum terreſtrium, quibus eum eſtatim cumulabat. Ita populo per Moyſen exprimebat: *Si audieris vocem Domini Dei tui vt facias atque cuſtodias omnia mandata eius &c. Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum cœlum, vt tribuat pluuiam terræ in tempore ſuo, benedicetque cunctis operibus manuum tuarum.* Hoc vſus eſt Dominus idiomate cum populo illo veteri & ruſtico, veruntamen illis verbis aliud nobis multo ſublimius exponit, & occultius: *Qui reuelata facie gloriam Domini ſpeculamur*, inquit Apoſtolus,

*2. Cor.* 3. 18.

Vnde verbis illis intelligendum eſt, quod ad ea alludat, quæ terrenis noſtris oculis intuemur.

☞ 42 V. Quomodo in aëre pluuia generetur.

Licet autem verùm ſit, quod de terra vapores ſurſum aſcendant, qui ibidem in regione aëris aquam & pluuiam generant abundantem: attamen maiori copia vapores illi ſurſum attolluntur de mari, quando maris aquæ radijs percuſſæ ſolaribus ad ſupremam efferuntur regionem, & in aquas reſoluuntur, quæ defluunt ſic productæ in pluuiam in ipſum mare. Quid hic myſterij latet? Fons ſupra fontem, & puteus ſupra puteum. Quid enim cœli, quid nubes ſunt, niſi fontes, niſi putei profundi qui ſuper mare aquas depluunt, quæ ibidem generantur ex vaporibus, qui de ipſo mari ſurſum aſcenderunt? Numquid hæc conſideraſti? Igitur intellige eodem modo Deum agere nobiſcum. Quid cor eſſe noſtrum arbitraris, niſi pelegatus, de quo vapores aſcendunt ſolis radiorum ardoribus attracti? qui ſunt iſti vapores? quæ ex illis aquæ producuntur? Scito: Dei mandatorum obſeruantia, legiſque completio: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Vnde quemadmodum ſi radij ſolares in ipſum mare reflectantur, eorum calore, ex ipſo mari vapores enaſcuntur, ita quoque, ſi cor noſtrum calor amoris incendat cœleſtis, diuinorum exurgit obſeruantia mandatorum: *Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque cuſtodias omnia mandata eius, &c. Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum cœlum.* q. d. Aperiet Dominus ſuorum omnium theſaurorum depoſitum: hinc manifeſtè patet id quod nobis Dominus promittit: Hic in terra poſuit Deus theſauros: *Habet argentum venarum ſuarum principia, &c.* Veruntamen illi terreni theſauri tales ſunt, vt ſubdantur putredini, qua conſumuntur, & latronibus, qui eos deprædantur, & infortunijs quibus deperduntur, vt ait Chriſtus. Ad hoc aperit Deus ſuos cœleſtes theſauros, aperit eorum depoſitum, cœlum ſcilicet: *Vnde datum optimum, & bonum omne cœleſte*: vt eo modo terræ communicet aquarum pluuiam cœleſtium. Sub nomine pluuiæ declarantur in S. Scriptura bona cœleſtia: *Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ.* Et alio loco: *Dabit vobis pluuiam temporaneam & ſerotinam terræ.* Quæ hæc eſt pluuia? Aqua illa, quæ de vaporibus aſcendentibus de mari producuntur. Modò videbitur fons ſupra fontem, & puteus, circa puteum, & quod temporibus accidit Eliæ capietur.

S. refert Hiſtoria, quòd in diebus Eliæ cœlum inſtar rupis clauſum obduruerit, vt toto triennio & ſemeſtri nec pluuiæ gutta deciderit, nec terra vel parum aquæ obtinuerit qua ſaltem humectaretur, totaque marcida exaruerit, velut igne combuſta. Fontes emarcuerant, fluminum torrentes aruerant, & cuncta viuentia præ nimia ſiccitate tabeſcebant, vtpote quorum vita & eſſe ita ab aquis dependet cœleſtibus, vt illis deficientibus, oporteat omnia interire. Motus hac extrema vates Elias neceſſitate, Deum deprecatur, expetit remedium, illinc ſuccurrat clemens ariditati, pluuiam demittat optatiſſimam, videbatur autem ſuas Deus aures occluſiſſe. Deſtinat igitur

prophe-

propheta diſcipulum ſuum, vt verſus mare proſpiciat, & videat, num notaret aliquod futuræ pluuiæ veſtigium. Exit Domini præceptum impleturus, & curioſâ ſpectat attentione, quidquid per vaſtiſſimum poſſet oculis ſuis mare detegere, demum adhibitâ omni diligentia, reuerſus, ſe nihil videre proteſtatur. Secundò & tertiò redit, nec quidquam apparet. Septimò reuertitur, & iam pro vltima concluſione, nubeculam videt de mari aſcendentem, & totus gaudio perfuſus recurrit feſtinus ad Eliam boni nuntij baiulus. Illum protinus propheta regi remittit Achab, vt illi dicat: *Aſcende, comede & bibe, quia ſonus multæ pluuiæ eſt.* Confeſtim autem cataractæ cœli apertæ ſunt, & imber decidit adeo copioſus, vt pro rei neceſſitate terra ſupereffluenter irrigaretur: ſit Deus benedictus. Altum profectò myſterium: nec enim pluuiæ ſpes eſt vlla aut veſtigium de cœli fontibus aquam obtinendi ſalutiferam, niſi prius illo vapores aſcenderint: qui de fonte, ſeu maris puteo generantur.

3.Reg. 18.44.

Quid myſterij? Scitote chariſſimi: vobis Deus apertè loquitur: q. d. quod ſi cœleſtes ambiatis aquas diuinis illis cœli fontibus, de veſtro debent mari fonte, ſeu puteo cordis primò vapores aſcendere, ſurſum in cœlum, vt ipſe vobis pluuias demittat cœleſtium donorum optatiſſimas, quas à Deo poſtulatis. Oportet de veſtro prodeant corde, & ad Deum aſcendant, lacrymæ veræque pœnitentiæ ſingultus, actus charitatis ferventiſſimi, orationes, mortificationes, eleëmoſynæ: iſtis etenim de hoc puteo vaporibus ſurſum aſcendentibus, ne dubites omnino, de fontibus perennes Deus donorum ſuorum aquas effundet copioſiſſimas.

IX.

Oculos tuos in Publicanum conijce, qui velut exanimis ad Diuinam aſpirabat miſericordiam, quam tam inſtanter à Deo poſtulabat, & velut cœleſtem diuinamque aquam votis omnibus expetebat, quam Deus de perennis mitteret ſuæ fonte benignitatis: Seuerè & repetito ſæpiùs verbere pectus ſuum percutiebat, & pio impetu vapores veræ contritionis denſiſſimos eliciebat. Deũ deprecabatur: *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Viden' illum? Secundum fidem igitur & menſuram occurrit illi cœlum aquâ cœleſti gratiæ iuſtificantis irriguum: *Deſcendit* (inquit Chriſtus) *iuſtificatus in domum ſuum.* Hinc nullo negotio capietur illud regis & vatis David, vbi prouocat animam ſuam, vt ſe in Dei laudes gratior effundat: *Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius.* Quid ſignant retributiones. Vocantur retributiones: quando illi qui nobis quidpiam dedit, illud cum æqualitate recepti reddimus, & hoc propriè dicimus cambium ſeu permutationem. Numquid igitur, forſan id quod nobis Deus liberaliter concedit, alicuius eſt retributio, quod prores Diuinæ obtulimus maieſtati? *Quis prior dedit illi?* Quærit Apoſtolus: ſi iuſtus fueris quid dabis ei? Num aliquid Deo tribuis, vt ſit iuſtus? Indubium eſt, quod homo ex meſſe ſua dare nihil poſſit, nec virium virtute naturalium aliquid Deo tribuere, quod æquiualeat illi, quod de manibus eius recipit diuinis ac liberalibus, imo potiùs longè præcellunt Dei dona bonis noſtris operibus in tanto gradu, vt ea ratione de ijs omnibus dicatur, quòd ea nobis Deus det gratuito: Siquidem nihil Deo dare poſſumus, quod illum obliget, ad ſua nobis diuina dona impertiendum: *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Et multò grauior eſt noſtris operibus ad diuinam gratiam indignitas, quàm liberaliter & gratuito diuina nobis concedit maieſtas, nec poteſt illa cadere ſub meritum.

Luc.18. 14.

Pſal.102.

X. Dei dona cur dicantur retributiones.

Rom. c. 11.35.

Rom. c. 8.18.

Si igitur hoc ita ſit, qua ratione dona cœleſtia nobis à Deo conceſſa vocat David retributiones? Scilicet, quia hoc vult illi tribuamus, quod in noſtra eſt poteſtate, vt Deus id nobis quod petimus, de cœlo largiatur, Dauidi ſuum non remiſit clemens peccatum, nec illum recipit in gratiam, niſi poſtquam dixerat: *Peccaui Domino.* Vt autem hoc clariùs innoteſcat, nobis hodie proponitur Chriſtus, qui fons eſt diuinus ac cœleſtis, ſedens ſupra fontem terrenum; quia tuo Saluator proximus eſt cordi, velut in illud reclinatus, exoptans vt tu ex illo ſibi propinas aquas, vt tibi cœleſtes refundat aquas, quas tantopere deſideras. Non illas à te requirit, vel earum indigus, ſicut nec cœlum vapores expoſtulat de terra, vt ſibi beneficiat, & in ſuum commodum; nequaquam, ſed vt terræ benefaciat, illi pluuias aquaſque refundens vberrimas. Et in tui ſalutem aquas cordis tui Saluator exoptat: illo namque modo tibi cœleſtes vult impertiri.

1.Reg. c.12.13.

§. 16. Da mihi bibere. *Chriſtus ab hac petit muliere vt illi det: hæc etenim eius eſt conſuetudo.*

43

HÆc eſt illa amaſia quã noſter ambit Oſeas, & amore cuius exardeſcit: *Venit igitur mulier de Samaria* &c. Fixis oculis precus ille

diuinus portam verſus conſpicit ciuitatis num ſit egreſſura, & ecce intempeſtiuè mulier egreditur, verſus puteum proficiſcens. Nunquam ſol adeo lætus refulſit illum exſpectanti, qui noctis tenebris laſſus diem præſtolabatur, vt prodiens hæc mulier cor exhilarauit Redemptoris, quando diuinis ſuis eam oculis aſpexit venientem: nec tanto fuit gaudio cor Annæ matris Tobiæ delibutum, quando poſt diuturnam & anxiam teditus ſpem filium vidit reuertentem: quanto ſupremi illius cor Principis, vt mulierem hanc vidit accedentem adeo deſideratam, quæſitam & exſpectatam. Adeſt tunicæ manicis ad cubitum reuolutis, hydriam manibus ſuſpendens, nec de Chriſto quidquam inquirens, eumque nihili faciens, quinimo moroſa, dedignans & elato Chriſtum ſupercilio deſpiciens, nec illi verbum locuta, nec illum cogitans, cuius vtique cor, omniſque ſollicitudo ſpectabat ſcortatorem, quem domi reliquerat; hydriam alligat, & illam deorſum incipit puteo demergere. In illam Chriſtus oculos ſuos, at verò cor fixiùs direxerat. En vtrumque fronte & acie ſibi mutuo oppoſitum: Chriſtum mulieri, amorem non amori, ignem gelu, calorem frigori.

I. Chriſtus ad mulieris aduentum gaudet.

Expendit Salomon vires ſolis vehementes præcipuè in meridie, quibus terram adurit: *In meridiano exurit terram.* Et ſtatim diſputat de gelu duritie: cum ſit enim ex aqua molliſſima, frigore tamen aquilonari in lapidem obdureſcit, qualem videmus cryſtallum, vix frangibilem: *Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua* &c. Porro prægrandes licet fateamur frigoris in gelu vires, maiores tamen ſolis eſſe omnes vnanimiter conclamant: etenim ſi ſibi inuicem opponantur, paruâ interpoſitâ mora ſol gelu diſſoluit, liquefacit, omnem hanc emollit duritiem, & in aquas diffundit clariſſimas. O ſol diuine, Chriſte! totus es amore feruens vt ſol in meridie: *Hora erat quaſi ſexta.* En tibi fruſtum gelu duriſſimum, Aquilonari Satanæ malitiâ congelatum, mulier in ciuitate peccatrix: quàm frigore conſtricta! Quàm faſtidioſa! Quàm auerſa, vt nec oculos ad Chriſtum benigna conuertat! Eia age Domine, quis prior incipiet? Certum eſt niſi tu Domine primum poſueris paſſum, nullus, qui proficiet, ſtatuetur. Oſeæ præcipitur, vt prior mulierem conueniat, blandiatur, ſibi deuinciat impudicæ voluntatem. Inter nos (ait Spiritus S.) quando pacis ſanciuntur fœdera, quiſque de primatu contendit, & eius vult auctoris haberi principalis: *Omnis amicus dicet; & ego amicitiam copulaui.* In pacis fœdere quod Deus cum peccatore ſancit, nulla eſt quæſtio, Deus primus eſt eiuſque auctor primarius. Quoad peccatum autem, & ad elongationem à Deo, primus eſt homo & ita ſacroſanctum determinat Concilium Tridentinum: *Deus non deſerit hominem, niſi prius ab homine deſeratur.* In iuſtificatione, & vt homo conuertatur ad Deum, primam oportet, manum Deus adhibeat. Non potuiſſet puſio mortuus oculos aperire, niſi ſuos prior oculos propheta eius oculis ſuperpoſuiſſet, nec mouere manum, niſi ſuas anterius ſuperpoſuiſſet. Ipſe eſt qui prior cordi manus debet admouere, quo conuertatur: *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.* Incipit igitur Chriſtus facie blanda, & pacifica, voce ſuauiori precatur: *Mulier da mihi bibere.* O cœleſtis amaſie, parum videris inſtructus, de modo quo mundi puellæ conquirantur; mulierem & quidem talem ſtudens tibi deuincire ſiccine petendo illam aggrederis? Sagaciùs multò earum pulſum tentauerat Satanas, qui vt earum primæuam ſibi deuinciret eiuſque attraheret voluntatem, orditur cum promiſſo diuinitatis; quod ſi poſtulatis annuat, vitâ viuet diuinâ & immortali, ſapientiâ ſuperabit Angelos, imo Deo ipſi coæquabitur: *Eritis ſicut dij.* Quo rebus ita omnibus affatim abundabit, vt nec Dei ipſius vlteriùs diues indigeat.

II. Sol frigore potentior. Eccl. c. 43. 3.

III. Deus primus eſt auctor boni operis. Eccl. 37. c. 1.

Conc. Trid. Seſ. 6. c. 11.

Thren. 5. 21.

IV. Mulier [illegible]

Gen. 3. 5.

Subtiliter diſputat Apoſtolus qua ratione talium animi ſuperentur, earum videlicet excitando deſideria, montes illis aureos promittendo: *Mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs deſiderijs.* Mulieres viles, abiectæ non ſic corpore vt animâ, peccatis oneratæ: *Mirum negotium* (audite D. Cyprian.) *Mulieres ad opera delicata, ad vitiorum ſarcinas, fortiores ſunt viris.* Quæ ſibi imponunt opera? Nullis, dixeris, illas viribus præualere, nec animo rebus arduis, magnique momenti perferendis, ad ea verò quæ peccati ſunt, viros viribus ſuperant robuſtiſſimos: *Oneratos peccatis.* Ignoſcat mihi Deus, quæ moliuntur? Quæ præſumunt? Quibus ſe ingerunt? Quæ concipiunt? Quis illas agitat? Quibus eas alliciet? *Ducuntur varijs deſiderijs.* Mille ducuntur deſiderijs & cupiditatibus argenti, nummorum, gemmarum veſtium, ornatus, fucorum, hæc illis omnia promitte, & quocumque volueris illas duces & educes. Imò hunc agendi modum Salomon videtur indicare: *Vana ſpes & mendacium viro inſenſato.* Num aliquem ad tuam ſtudes pertrahere

2. Tim. 3. 6.

D. Cypr. Lib. de pudicit.

V. Mulieres [illegible]

volun-

voluntatem ſtultum & amentem ? illum illicito vanis ſpebus, multa magnaque illi promitto, licet implere nequidem cogitaueris; promiſſa fallacia: quia ſicut ex vna parte regnat in illis habendi cupiditas, ſic ſunt ex alia ſtultæ quocumque libuerit illas deduces, tantum proponendo, quòd illis hæc & illa facies, etiamſi illis ea ſpoponderis, quæ ſi ratione vterentur, capere poſſent, quòd minimè adimpleres.

Eo colore Spiritus S. mundi deſcribit amatrices, quas quolibet duxeris; & quibus obſecros promittendo multa, & pauca vel nihil largiendo: *Nubes & ventus, & pluuiæ non ſequentes vir glorioſus, & promiſſa non complens.* Videbis in Prov. c. 25. 14.
æſtate, nubem vento commotam, ex qua fulgur, VI. Similitudo.
& tonitrua, diceres aquarum mare in terras diffundendum, & tandem quatuor guttis diſpergitur, & aliquando nec vlla. Talis eſt mundi vaniloquus, qui præclaris virginem decipit promiſſis, velut tonitru, quæ faciet? quibus placebit? fulgure promiſſorum monilium, veſtium, ornatus, & horum adimplet nihil. Sic mulieres hoc in mundo paſſim decipiuntur, quarum amorem Ægyptij deſcripſerunt ſymbolo candelæ ſeu luminis accenſi; modicâ luce præfulget & olei virtute nutritur ac paſcitur. Exiguo feruent & inſtabili amore, luce candelæ modica, quæ flatu vnico extinguetur, tamdiu lucebunt, quamdiu munerum & promiſſorum oleo fouebuntur.

Tu igitur quomodo Domine mi, vt huius tibi cor mulieris acquiras, ades poſtulando; *Mulier da mihi bibere.* Mulierem illam appellas, & ais: *Da mihi.* Perpende, quæſo, Domine, quod iſtis verbis te adeo oſtendis inopem, vt nec guttam aquæ quidem obtineas. Non eſt hoc illis conſequendis medium, ſed buccinandum eſt, iactandæ diuitiæ, potentia proponenda, & velut nubes agitatæ tonitru, fulgure inflammatæ. O
Eccl. 17. VII. ...uendo Deus nos allicit. Secretorum abyſſus diuinorum: *Multiplicationem ingreſſus illius quis intellexit?* Quis multitudinem, quis varietatem ſcrutabitur ingreſſuum, quibus Deus progreditur, quo ſibi lucretur animas deuiantes? quaſdam allicit promittendo, alias dando deuincit, alijs ſuas oſtentat diuitias, alijs proponit paupertatem & crucem, illis blanditur has terret, illis promittit, ab his expoſtulat, & hæc frequentior praxis eſt ſecurior, etenim quando quidquam expoſtulat, certum eſt quòd dare plura liberalis intendat.

Noſtro loquendo modo quantum ſapio, Deum Iſaias conſiderat ad oſtium accedentem, pulſantem, rogantem, da mihi; Deuſne petit? reſpondet propheta, dare vult: *Vt operetur opus ſuum, peregrinum opus ab eo.* Quando proponit Iſai. 28. 21.
Deus, agere opus ſibi proprium, facit id quod ſibi eſt alienum: & ſi quando videris eum agentem opus ab eo peregrinum hoc tibi perſuade, quòd illo diſponat & proponat opus aliquod agere ſibi maxime proprium. Ex alto ruit quiſpiã, aut ſeipſum iniuſtè vulnerat quo ſibi cerebrum diffindit, accerſitur chirurgus vulnus curaturus: VIII. Similitudo.
Accedit & vulneri penicillum infigit, vt eius exploret altitudinem, lanceolâ dilatat, & exulcerat & aliquando diſcindit, vt illud inſtar palmæ manus extendat. Obijcis. Magiſter quid agis? Nonne tibi ex officio incumbit redintegrare vulnus, illud curare? Eo animo huc te vocaui, vulnus autem ampliare, contra mentem eſt vulnerati. Qua igitur ratione illud extendis & grauius exacerbas? Reſpondet: Domine, vt quod mei muneris eſt, efficiam, vulnus redintegrare intendo: quare primum ago quod à mente mea prorſus eſt alienum, ſcilicet vulnus aperio & dilato: nulla quippe diſpoſitio curando vulneri congruentior, quàm ſi prius paululum extendatur.

Deo proprium eſt quarto modo, dare: fons IX. Deo proprium eſt dare.
etenim eſt bonorum omnium, omnigenis enim abundat bonis: *Oculi omnium in te ſperant Domine & tu das illis eſcam in tempore opportuno, aperis tu manum tuam & imples omne animal benedictione.* Vnde conſequenter maximè Deo alienum eſt Pſa. 144. 15.
recipere: plenus eſt enim omnibus. Nihil recipit, qui continet omnia: *Plenus ſum,* ait alijs per Iſai. 1. 11.
Iſaiam & ore Dauidis: *Pulchritudo agri mecum eſt: ſi eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ.* Omnigena mecum ſunt bona & diuitiæ. Pſ. 49. 12.
In mundo ſunt aliqui, qui nihil habent, alij ſunt, qui licet habeant aliquid, non habeant ad manum, ſed domi, ſiue in arca, quocirca & hi & illi aliquid poſſunt accipere, Deus autem nihil: omnia namque bona continet, omnibus eſt diuitijs opulentus: *Num neceſſitatem aliquid habuit noſtri* (quærit D. Chryſoſt.) *num vtilitatem illi, miniſteriumque exhibemus?* Num illi aramus campos? num putamus vineas? num regna defendimus: *Num aliqua re eorum quæ apud nos ſunt, opus habet? Audi quid propheta dicat: Dixi* (inquit) *Domine, Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges.* D. Chryſ. Hom. 19. in Epiſt. ad Epheſ. Tom. 4.
Videbis nihilominus, quòd in fameſcente buccellam petat panis, & in ſitiente calicem aquæ frigidæ, in nudo veſtis ſegmentum. Quoties petit: da mihi, quo poſſit orphana matri- X. Deus omnibus diues, petit tamen, vt dat. Pſal. 15. 2.

monio

monio copulari, redimi captiuus, infirmas adiuuari. Da mihi cor tuum, animam tuam, da mihi ieiunia, orationes, eleemoſynas. Nihil frequentius quàm quòd Deus à te petit, & quid ab ipſo magis alienum? Indubiè, vt tibi, faciendo quod ſibi eſt maximè proprium, & vult, à te petendo te diſponere, quo tibi poſſit elargiri. Eo fine à te panem mendicat corruptibilem, vt tibi panem tribuat æternæ gloriæ; eo animo veſtem rogat, vt tibi refundat immortalitatem: ea mente poſtulat animam, vt illam ſuâ repleat gratiâ: ad hoc lacrymas & ſuſpiria, vt miſericordias ſuas tibi ſuperinfundat infinitas.

## §. 17. Da mihi. *Prius poſtulat Deus, vt ſit perfectè liberalis, in noſtram gloriam. Doctrina eſt hæc D. Chryſoſtomi profunda.*

☞ 45

Repetamus prædicta, & clariùs Dei conſuetudinem explicemus, quòd ſcilicet quando dare vult, prius petat: & tantò hoc ſeriùs agit, quantò vult alterum ardentiùs: hoc etenim ſignificat Iſaias in præcitatis verbis: *Vt faciat opus ſuum peregrinum opus eius ab eo.* Vt quid Domine petis ab hac muliere? Quis à quo debet mendicare, pauper à diuite, vel diues à paupere? Tu diues es, vt heres legitimus, & ex aſſe regnorum Patris tui omnium: *Quem conſtituit heredem vniuerſorum.* Tu ille tot opulentus facultatibus, vt illas & habeas, & omnibus tribuas ad oſtium tuum accedentibus: *Diues in omnes qui inuocant illum.* Tua tantam earum manu concludis abundantiam, vt illam ſolummodo aperiendo, cunctam bonis impleas creaturam. Concedis ſoli lucem, lunæ pulchritudinem, ſtellis ſplendorem, campis flores, ſyluis odorem, arboribus fructus, fructibus ſaporem, fontibus aquas cryſtallinas, auibus plumas, leonibus fortitudinem, ceruis agilitatem, piſcibus vitam, animalibus reſpirationem: *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Tuas illas audimus voces: *Plenus ſum.* Et argumentum quo nullum de tua diuinitate fortius aſſumebat Dauid, illud erat quòd nullius rei noſtræ indigeres, in hoc cognoui, quoniam Dominus Deus meus es: *Ego dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Hæc autẽ mulier, inops eſt, imo ipſa inopia, quia quoad temporalia tanta premitur omnium indigentiâ, vt patet quod nec ancillam alat aquariam. Quoad ſpiritualia, ſuprema laborat pauperie: cum nec gratiam habeat, nec dona, nec virtutes, imo nec Deum, ex eorum numero de quibus Apoſtolus: *Sine Deo in hoc mundo.* Ab illa ergo tu Domine quid poſtulas? Deinde huius tu ſtudes mulieris tibi cor deuincire; ad hoc autem maximè requiritur, vt te liberalem oſtendas & profuſum: hoc etenim cito voluntates ſubijciuntur. Hoc vnicè fugiat, qui ſe iactat liberalem, quidquam petat, vt enim aſſerit philoſophus cuius doctrinam exponit & approbat D. Tho. ex diametro opponuntur liberalem eſſe & poſtulare: & licet contradicat liberalitati recipere, extremè tamen illi repugnat quidquam exigere: ita vt ſibi contradicant omnino, liberalis, & mendicus: *Liberalis non eſt* (inquit) *petitiuus, nec eſt liberalis recipere, & multo minus petere.*

Semper medium eſſe conſueuerunt omnes efficaciſſimum, quo corda (docet D. Thom.) deuinciuntur, & captatur beneuolentia; promiſſis, & muneribus agere: munera namque rupes diffindunt: vnde celebres illi verſiculi.

*Si quis in hoc mundo vult multis gratus haberi:*
*Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.*

q. d. Det plurima, capiat pauca, quærat, nihil. Lectio ſane mirabilis, cui modo non datur immorari. Hoc ſuppoſito, tuæ videtur contrarium naturæ & ei quod modo præ manibus habes oppoſitum, petendo exordiri. Naturæ tuæ: cum ſis ſummè diues, & effusè liberalis, cui nihil ſit magis alienum quàm quidquam expoſtulare. Tuæ vero intentioni ac propoſito: quia quidquam petendo nedum tibi hanc non conciliabis mulierẽ, ſed & mille à te leucis profugam expelles. Hic profunda latet diuinaque doctrina; quocirca hoc dico: quod in hac occaſione Deus illo præualet medio ſibi valde familiari: numquam etenim ſe monſtrat liberaliorem, nec veriùs aut vberiùs vult ſua dona impertiri, quàm dum aliquid exigit: idque duplici ratione: prima, in maiorem noſtrum honorem: ſecunda, ad maius noſtrum emolumentum: tam enim bonus eſt, vt honorem pariter & vtilitatem, nobis velit: & cum ex hominum iudicio, hæc duo ſe mutuo in vno non compatiantur, ille tamen ea coniungit ad noſtrum emolumentum. Sic benedictus. Prima ratio, cur Deus à nobis aliquid exigit, cedit in honorem noſtrum, vult etenim perfectiſſimam nobis oſtendere liberalitatem, qua dum nobis maxima ſua tribuit dona ex mera ſua gratia, videatur quòd nos illa mereamur. licet ab hoc procul abſimus, & longè, vt cum nobis ea ex mera concedat liberalitate, videatur, quòd nobis potius debitum ſoluat, quàm donet liberaliter. Sapit autem hæc ratio profundam do-

Iſai. 28. 21.

I. Deus omnium eſt ditiſſimus, ſua ſunt illi omnia.

Hebr. c. 1. 2.
Rom. c. 10. 12.
Pſ. 144. 16.
Iſa. cap. 1.
Pſ. 15. 2.

Epheſ. 2. 12.
Lib. 4 Ethic. c. 1.
II. Liberalitati repugnat petere.
22. q. 83. a. 4.
(a) Deduntur [illegible] brantur [illegible]
III. Deus à petendo liberalis eſt.
IV. Petit à nobis vt det ... in honorem noſtrum.

dam doctrinam & altiſſimam pariter Theologiam, quam terſè & nitidè proſequitur D. Chryſoſtomus. Hoc te ſcire velim (inquit ille) vt quis integrè, propriè & perfectè dicatur eſſe liberalis, debet prius aliud petere. Paradoxum videtur, & eſſentiæ liberalitatis contradicens quam ex philoſopho protulimus; attamen verum eſt, nec aliquid eſt illo euidentius, ſi ſtudioſè hanc naturam inquiramus, iuxta philoſophi doctrinam. Ille propriè, perfectè & integrè liberalis eſt, qui ex donatione quam facit, nihil prætendit, nihil lucratur, nihil ſibi boni retinet, ſed hoc, vt totum quodcumque ſit, bonum in eius cedat commodum, cui confert beneficium.

Ex hac ſententia colligit D. Thom. hanc verò veriorem eſſe propoſitionem quòd ſolus Deus propriè perfectè, & integrè ſit liberalis: quia nulla creatura reperitur, quæ aliquid dando, non ſibi prætendat aliquod bonum. Tres ſpecies bonorum ſtatuit D. Ambroſius: *Vtile, delectabile atque honeſtum.* Non eſt in mundo inuenire quempiam, qui dando non ſibi horum aliquod prætendat bonum. Vnus tribuit, vt ſuas aſſequatur prætenſiones, & vt alterum ad manum habeat in ſui commodum & vtilitatem; ſiue vt
V. eius ſibi deuinciat voluntatem, illumque gratum habeat ac ſibi fauentem, ſuis neceſſitatibus atque intentionibus ſeruire paratiſſimum. Et hoc eſt frequentiſſimum. Alius dat, vt per hæc munera ſuas obtineat voluptates, ea de cauſa extenſa largitur tertiæ manui, ſiue famulæ, inſuper & magis principali, cum qua ſæpe conuerſatur. Tertius largitur, vt effuſus habeatur & liberalis, & hoc nominè celebretur in Republica, quo caſu non eſt perfectè liberalis, quia per id quod tribuit, nomen ſibi prætendit famamque glorioſam.

Hinc intelliges, nec ipſos Alexandros, nec Auguſtos, nec illos omnes quos mundus in medium producit & celebrat vt ſymbola liberalitatis, ab illa perfectè commendari: ſiquidem effuſè largiti ſint alias munera ac diuitias, maiores tamen honoris ac famæ cumulos ſibi coaceruarunt, & per illa mundo voluerunt eſſe nominatiſſimi: nam omnibus nota eſt Salomonis iſta propoſitio: *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ.* Erogabant illi diuitias at
VI. inde ſibi nomen comparabant adeò celebre, vt liberales haberentur, quod omnibus diuitijs longè antecellit. Obijcies: quomodo ergo fiet, vt quando quis magnifica diſtribuit munera, ſibi non lucretur nomen illud bonum honoris, quod ipſum videtur debere neceſſariò comitari? Quomodo fiet, vt ipſa fama, non tantum vergat in bonum eius qui dat, quantum in beneficium eius qui recipit, ita vt, ipſum donum quod datur, & honor qui inde prosilit, illi tantummodo proſit qui recipit? Ordiatur is qui dare vult (inquit D. Chryſoſtomus) ipſemet aliquid ab ipſo rogans, cui dare, quem ditare, & deſiderat & aliquid recipiens oſtendat, quod dare, ſeu ipſum munus, quod cōfert, ſit in recambium eius quod recepit, & in mercedem obligationis, ad quam alter illum deuinxit, ita vt hoc ipſo indicet quod hoc quod largitur, non tam det ex mera gratia, quàm ex debito. Lubet ipſum audire Chryſoſtomum: *Ne exiſtimetur hoc facere ex gratia ſed ex debito. Nam quos diligimus hoc quoque eis volumus donare vt cum quippiam ab eis exiguum acceperimus, videamur eis ſic dare vniuerſa, vt magis gloriemur, quod acceperimus, quam quod dederimus, & non dicimus: hoc ei dedimus, ſed hoc ex ipſo accepimus.* Hoc perfectè & integrè facit Deus, qui dum alicui maiora ſua vult dona largiri, adeſt primò alipuid petens, vt recipiendo quod homo illi tribuit, ipſe accurat dans id quod homo poſtulat, oſtendens quod det quaſi in recambium & compenſationem eius quod recepit, ita vt, licet etiam honor & nomen liberalis tantùm illi conueniat, illi tamen ſit abſconditum, & quidquid boni eſt, cedat homini; cum ita ſit, quod quidquid homo facit in Dei gratiam, ſit Dei donum & miſericordia, vult nihilominus videatur, quòd homo prius illi dederit, quàm ipſe homini.

D. Chr. Ho. 25. cit. Tom. 4.

VII. Probatur ex D. Chryſoſtomo.

Licet hoc conſiderare in duobus diuinæ maximæ liberalitatis operibus. Si magnum illum Dominum attenderis, non inuenies niſi liberaliter ſua mundo dona largientem: *Qui dat omnibus affluenter*, teſtatur D. Iacobus: *Aperis tu manum tuam & imples omne animal benedictione*, pſallit David & hoc eo modo, vt dicere licuerit ipſi pſalti. *Miſericordia Domini plena eſt terra.* Hinc illa cœleſtis melodia quam Deo Seraphini decantabant: *Sanctus, Sanctus; Sanctus &c. plena eſt omnis gloria eius.* Attamen duo ſunt ſupernæ actus liberalitatis, quos nobis oſtendit. Primus eſt in terra, ſecundus in cœlo, & vnus ad alterum ordinatur. In hac vita ſupremum dicit Diuus Chryſoſtomus, actum fuiſſe liberalitatis, quòd ſuum nobis dederit filium vt veniret in mundum, non cui ſeruirent omnes, ſed qui ſeruiret omnibus, & proprium ſanguinem vitamque profunderet in noſtrorum remiſſionem peccatorum. Hæc maxima fuit liberalitas,

Iac. 1. 5. Pſ. 144. 16 Pſ. 118. Iſa. c. 6. 3.

VIII. Duo actus in Deo liberalitatis.

IX.
Et donũ incarnationis nullis noſtris præcedẽtibus meritis.

ralitas, tam ex parte doni, quod adeo ſupremum eſt, vt aliud illo maius Deus dare nequeat (tu iudica num aliquid Deus habeat, aut poſſit habere pretioſius) quàm ex parte modi, quo datur: illum etenim nobis conceſſit ſic vt nulla noſtra præcederent merita, quia nec illa erant, nec eſſe poterant; vnde Diuus Auguſtinus hoc dicit ſupremam gratiam: quod ſi illa gratia particularis, quam tibi, mihi, & ſingulis dat, non cadat ſub meritum, vt probat Apoſtolus multo minus iſta, quæ principium eſt, & omnium radix gratiarum, vt declarat Raphael Theologorum.

3.p.q.2. art.11.

☞ 47

Ad hoc opus liberalitatis quid fecit? Illum attende (monet D. Chryſoſtomus) adeſt petendo, & non quidlibet, ſed quod in mundo maximi erat momenti in domo Abrahæ, vitam ſcilicet petit Iſaac, in cuius ſemine tota erat mundi redemptio conſtituta. Vocat ad ſe præclarum illum Patriarcham, ſibique fidelem amicum Abraham, ſermones cum illo inſtituit, & ad primum ingreſſum, illum hac ſalutat petitione, qua nihil minus requirit, quàm filium ſuum, quem vitâ ſuâ habebat chariorem: & illum petit, vt illum ſibi det in ſacrificium, propria manu conſecratum: *Tolle filium tuum, quem diligis Iſaac, & offer illum &c.* O petitionem moleſtam plenamque difficultatis: hoc opus hic labor eſt. Illa Abraham omnia ſuperat, vt obediens & fidelis, & ſtatim Deo, quod petit, offert libentiſſimè. Tollit vnicum ſibi filium, & deducit, vt illum Domino offerat in holocauſtum: ſtringens iam gladium, vt illum immolaret, audit accurrentem Deum, Abraham ne extendas manum ſuper puerum: *Per memetipſum iuraui, dicit Dominus: quia feciſti hanc rem &c. in ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* Quibus verbis (teſte D. Paulo) illi ſuum promiſit filium, quem eſſet miſſurus, vt carnem ex eius aſſumeret ſemine, per quem orbis diuinam obtineret benedictionem.

X.
Sed illud præcedit, quod ab Abraham ſuum petat filiũ.
Gen.22.2.

Gal.c.2. & Hebr. c.9.

Notat hæc verba D. Chryſoſtomus: *Quia feciſti hanc rem*, quibus ex eius iudicio, Deus ſe volebat oſtendere obligatum, vt mundus intelligeret, quod dare filium ſuum, fuit in compenſationem accepti in Abrahæ voluntate proprij filij. Verba eius nefas eſt præterire: *Erat filium ſuum pro nobis donaturus, ſed ne videretur nobis donare ſed nobis debere, iuſſit Abraham dare filium ſuum, vt rem magnam faciens nihil magnum videretur facere.* Hæc eſt inquit, ita hæc eſt, ſuprema liberalitas, quòd volens donum largiri præcellentiſſimum, quodque minus cadit ſub meritũ, ingreditur petendo vt quando daturus eſt, non tantum ex gratia, quantum ex forma debiti dare videatur, & quod mere non det vt det, ſed vt recepto ſatisfaciat. Proſequitur D. Chryſoſtomus: *Vult prior beneficio afficere, & non videri prior beneficio afficere, ſed reddere, mihi autem hæc conſidero, quanta ſit benignitas: nam cum hominibus quadam magna erat danda gratia, volens id non facere ex gratia ſed tanquam debitor, effecit primũ, vt homo det filium ſuum pro re Dei, vt nihil, videretur magnum facere, dans filium ſuum, ſiquidem ante eum homo hoc fecit, ne exiſtimaretur hoc facere ex gratia ſed ex debito.* Igitur maiora ſua nobis Deus dona largiendo gratiarum, etiam honor iſte ac gloria, quàm ſibi noſtrâ ſententiâ poterat comparare ex eo quod gratuitò & liberaliter nobis hæc beneficia contulerit, vult, nobis remaneat, dicendo: quod ſi dederit; dedit quia illi dedimus; & eius gratiâ quod à nobis accepit: *Quia feciſti hanc rem &c.* In cœlo actus ſummæ & infinitæ liberalitatis hic eſt, dare gloriam qua quidquid poſſidet diuitiarum ac bonorum elargitur, imo ſeipſum & tantâ ſupereffluentiâ, vt dicere potuerit Iſaias: *Solummodo ibi magnificus Dominus noſter.* De quo diximus in transfiguratione Domini.

D.CHR. Ho.1.cit. in 1. ad Theſſal. Tom.4.

Hæc eſt illa ſuprema gratia ac liberalitas, qua Dominus electos ſuos afficit: ſic eam vocante D. Paulo: *Gratia Dei vita æterna* Vult enim dare ac communicare ita liberaliter, vt ſibi nec atomum reſeruet (ſit venia verbo) bonorum omnium, quæ non elargiatur. Hanc ergo liberalitatem exerciturus infinitam, quid agit? Adeſt, varijs continuus petitionibus, vt nihil aliud ex eius ore percipiamus, quàm: *Da mihi.* Da mihi cibum in eſuriente, potum in ſitiente, veſtem in nudo ſubſidium in paupere, redime me in captiuo, viſita me in ægroto, ſepeli me in defuncto: Da *mihi* actus fidei, quibus mea credas myſteria; ſpei quibus meam conſequi ſperes gloriam, meæ fidendo gratiæ: charitatis, totam animam, & cor mihi conſignando: *Da mihi* corporis caſtigationes, quibus carnis tuæ refrænes petulantiam, ieiunia quibus tuos maceres appetitus &c. *Da mihi* grata ſeruitia, & his omnes ſedulò tuas impende vires &c. Quid eſt hoc eminentiſſime Domine? Nihil magis à liberalitate alienum, quàm, teſte philoſopho, quidpiam petere: *Eſſe petitiuum.* Nullus te, ni fallar eſt in petendo moleſtior: etenim nihil habeo, tam in me, quàm extra me, quod non à me requiras: intellectum petis, quo te cognoſcam, voluntatem, qua diligam, memoriam qua tui reminiſcar, linguam

Rom. 6.

XI.
Vult [illegible] dare

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

guam qua tibi benedicam, oculos quidus videam, quid in tuum mihi ſit agendum obſequium, opes ad pauperum ſubſidium, pecunias ad hoſpitalium alimentum.

48 XIII. Artificiũ diuinæ liberalitatis. Artificium admirabile: Hæc eſt, ita hæc eſt Dei propria perfectaque liberalitas, qui etiam nomen liberalis vult tegere, vt nobis honor & gloria maneat, vt quando venit æternam hanc ſupremæ gratiæ redditurus gloriam, niti poſſit illo, quod illi dediſti; & dicere: *Venite benedicti &c. poſſidete paratum vobis regnum &c. eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, ſitiui & dediſtis mihi potum &c.* (D.Chr. Matt.cap. 25.) *Vult prior beneficio afficere* (audiuimus D. Chryſoſtomum) *& non videri prior beneficio afficere, ſed reddere, videtur magis reddere quam dare.* Vult vt gloria, quæ ſibi ex hoc poſſet manare, quòd liberalis ſit, vobis cedat, & dicatur: quòd dedit vobis in cœlo, in compenſationem eius dedit, quod illi dediſtis in terra: *Percipite regnum: eſuriui enim & dediſtis mihi:* Itaque magis extollit id quod illi dediſtis, quàm quod ipſe vobis largitur, nec tantum buccinat, & manifeſtat, quod ipſe vobis tribuit quàm id quod illi vos tribuiſtis: *Dediſtis mihi manducare* (loquitur iterum D. Chryſoſtomus) *dediſtis mihi potum &c. videtur eis ſic dare vniuerſa, vt magis glorietur quod acceperit, quam quod dat: & non tam dicit: Hoc do, quam hæc accepi.*

XIV. Deus magis extollit quod illi dedimus, quã quod ipſe nobis. D.Chr.

Ex hac Dei liberalitate procedit illud quòd dicere potuit Apoſtolus: *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex, non ſolum autem mihi, ſed & ijs qui &c.* (1.Timoth. c.4.8.) Ita vt mihi ſit daturus, quod mihi ex iuſtitia debetur, & oſtendens ſe iuſtum iudicem, quia mihi dando hoc, mihi honor remaneat, quaſi lucratus ſim. Hinc quoque orta eſt forma loquendi in Chriſto, qui de bonis illis agens, quæ nobis eſt in cœlo daturus, illa vocat reddita: *Pater meus reddet tibi &c.* (Matth.ca. 6.18.) O Domine mi, quid in me boni eſt, quod tuum non ſit donum? Fides, ſpes, charitas, virtutes; quarum à me actus expoſtulas; non tuæ ſunt dona gratiæ? Et quid tibi Sanctorum poteſt offerre præſtantiſſimus, vt tuam illi tribuas gloriam, quòd tuæ non ſit donum miſericordiæ? Quis eſt hominum cui non poſſis exprobrare: *Quid habes, quod non accepiſti?* (1.Cor.ca. 4.7.) Quæ in illo remuneras merita; quæ tuæ non ſunt dona liberalitatis? *Quid coronat Deus, quando coronat merita noſtra, niſi dona ſua?* Quærit D. Auguſtinus. (D.August.)

XV. Gloria dicitur reddita.

Hæc eſt diuina bonitas, quæ nedum vult, vt nobis remaneat bonum, quod opera noſtra merentur pietatis, quinimo & hoc exoptat, vt & gloria ex ijs emanans, nobis ſimiliter maneat, in quantum cum ille ſit, qui nobis dat vnde mereamur, vult, vt hæc dona ſua, præcedant ac ſi eſſent obſequia noſtra, & illa à nobis prior expoſcit, vt nobis illa ſibi efferentibus, hæc nobis gloria remaneat, vt dicere liceat ſi nobis det, recepit, & ſi nobis dedit, dedimus illi. Conſentiunt omnes, quòd ipſe primus ſit, qui dat: quia ſine diuina eius gratia, non poſſemus non ſolum quidquam boni agere, ſed nec quidem illud cogitare, nec illi deferre quæ à nobis expoſtulat: *Quis prior dedit illi*: Quærit Apoſtolus. (Rom.c.11. 35.) *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia Ipſe eſt*, dicit idem *qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate.* (Philippe. c.2.13.) *Non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos.* (1.Ioannis. c.4.10.)

XIV. Petit à nobis Deus, vt nobis retribuat.

Porrò hæc eſt tam perfecta & præclara liberalitas, vt quo nobis ſuprema ſua dona largiatur, à nobis expoſcit, vt illi demus, hoc, quod ſuæ fauore gratiæ operatur in nobis, & nos operamur, vt illo modo ita honoremur, vt pleno gutture dicatur, quòd nobis det, quia illi damus, & quòd hoc præceſſit quod illi dedimus, illud quod nobis largitur, & in dando priores ſimus, licet id quod damus, ex diuina Dei procedat gratia ac miſericordia. Hinc perſpicuum erit (teſte D.Chryſoſtom.) quod magnopere conſiderandum eſt: quia cum ſit infinitè minus, quod illi damus, quàm illud quod ipſe nobis tribuit, nõ extollit, non exaggerat quod nobis dat, ſed quod illi dedimus, ipſo nos rogante: *Magis gloriatur quod acceperit, quam quod dederit, & non dicit: hoc ei dedi, ſed hoc ab ipſo accepi.*

XV. Quod à nobis recepit, nõ quod dedit extollit.

Quando petijt à D. Martino in nudo paupere laceri ſegmen pallij poſtmodum choris ſtipatus Angelicis, dona non extulit eminentia fidei, charitatis & miſericordiæ, quæ ipſe D. Martino contulerat, ſed ſegmẽ chlamijdis, quod receperat, vnde in magnificas ipſius excurrens laudes toti cœleſti ſuæ curiæ aiebat: *Martinus adhuc catechumenus hac me veſte contexit.* 49 Quàm non ſublimiter extollit ſedens inter diſcipulos ſuos duo illa minuta à paupere vidua in templi fabricam Deo conſecrata? Quid illum arbitraris (quærit D. Baſil.) in cœlo agere, quando illi tuas dedicas lachrimas, pœnitentiam, eleemoſynas, hoſpitalium viſitationes? Non buccinat, quas tibi fecit miſericordias, ſed quæ agis opera pietatis, & quod illi concedis, quæ à te flagitat. Vnde non intellexeris, quòd ipſe vt mendicus à te poſtulet, ſed vt liberalis, vt

talis tecum ſit, tam perfectè, vt etiam eius gloria tibi tota ſaluaque remaneat, modo iam fusè declarato.

Quantum ſapio nobis hoc graphicè propoſuit in parabola de talentis, non exiguum præludens ſuæ liberalitatis ſymbolum, in regis illius nobiliſſimi effuſa liberalitate, qui ex mero beneplacito famulis ſua tradidit talenta, requirens vt cum illis negotiarentur. Negotiati ſunt, & lucrati ſunt hic cum quinque alia quinque, & cum duobus alter alia duo. Quæ à Domino ſuo receperant. Tandem quando Domino lucrum offerunt, ſic hoc diſponit, vt illis remaneant & talenta, quæ receperant, & quæ cum eis lucrati fuerant, vt alias expoſuimus, & nihilominus his illos tam honorificis verbis compellat: *Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca &c.* Græca eſt hæc dictio: *Euge* εὖ, & interiectio ſupremæ laudis, qua ſalutabatur is, qui opus fecerat præclariſſimum & omni laude digniſſimum illi totam facinoris laudem attribuēdo, ſicut illi, qui ſummam de hoſte retulit victoriam, aut eximium edidit facinus, congratulantes acclamamus. O te virorum fortiſſimum, ô te ſpecimen magnanimitatis. Actus tuos Deus felices eſſe velit. Vtinam omnia tibi optata contingant. Attende, precor, Domine, de quo illum extollis? Si lucratus eſt, numquid non tua fuerunt talenta, quæ eius tradidiſti poteſtati? Nonne hæc tua ſunt? Nonne tuum quod illis commendaſti. Nonne tibi omne eorum lucrum debetur ex iuſtitia? Nonne tibi maior ac ſuprema in eo lucro pars remanet? Cur teipſum non effers, & laudem attribuis, quòd illis hæc dediſti vnde lucrarentur?

XVI. Ex hac parabola nobis bonorum operum & lucrū & gloria imputatur.

Matt. c. 25. 23.

Ageret hoc, ſi Saülis inflaretur arrogantiâ, qui (teſte Diuo Chryſoſtomo) volebat vt Dauid quo Goliath ſuperaret, ſuis armis indueretur. ſi namque Dauid vinceretur, Dauidis aſcriberetur ignauiæ, ſi vinceret, arma Saülis laudem reportarent. Ageret hoc, ſi tui ſimilis eſſet, qui dum famulos conducis actores, quibus tuas credis facultates, non illis has tradis, nec illud, quod cum illis lucrati ſunt totum tibi vis cedere emolumentum. Non eſt talis Deus, nobiliſſimus eſt & inſigniter liberalis. Ipſe, nobis dat, quo lucremur, & vult noſtrum ſit illud, & quod cū illo lucrati ſumus: eius ſunt gratia, virtutes, dona, quibus negotiamur & meremur: per virtutem eiuſdem gratiæ & fauoris negotiamur, & quidlibet bonifacimus, vult tamen omnia nobis rependantur, gratia, charitas, quam tibi dedit, & merita, quæ per illas virtutes lucratus es, & quidquid per illas meritus es, vt ſibi nec atomum reſeruet, & ſuper, hæc omnia, eorum tibi gloriam adſcribit, dicens: *Euge ſerue bone & fidelis*: qui nullam inferens mentionem (inquit D. Chryſoſtom.) eorum, quæ tibi conceſſit nec eorum quibus tibi ſuccurrit, id ſolum extollit, quod illi lucrum quod à te flagitabat, obtuliſti: te quoque celebrabit & in totius mundi corona magnificè deprædicabit, dicens in die iudicij: *Euge ſerue bone, & fidelis*, quaſi tuæ pietati, ac fidelitati lucrum quod feciſti, attribuens, cum ſit tamen diuinæ ſuæ gratiæ principalis effectus. Hoc eſt quod ſe dicturum repromiſit: *Venite benedicti &c. Poſſidete &c. Eſuriui enim & dediſtis mihi.* Viden' quo tendat eius petitio, & in quem finem dicat: *Da mihi*: vt inde tibi gloriā expiſcetur dicens do tibi, quia dediſti mihi. Deinde & hinc noua patet materia diſcurſus, quòd etiam honorem, qui ſequitur ex bonis operibus, totum tibi conſignet. Licet autem tuum hoc debeat eſſe deſiderium, eaque intentio principalis, vt eius ſolius ſtudeas honori, & hoc eſt, quod ipſe ſibi reſeruat, in quantum vult, & æquitas requirit, ingenuè fatearis, quantumcumque facias bonum, ex eius manare gratia & miſericordia, & quòd ipſe auctor eſt omnis boni: porrò pariter cum hoc vult, talem te inde referre honorem, vt dici poſſit, quòd ſi tibi dederit, tu illi dediſti, & ſi ab illo recipias, de te prior recepit: hac enim de cauſa poſtulat: *Da mihi.*

XVII. Hæc inſignis eſt Dei liberalitas.

XVIII.

## §. 18. Da mihi. *Secundo petit Deus, vt tibi menſuram præſcribat eius, quod ipſe tibi daturus eſt: quæ æqualis erit ei, quod illi potenti dederis.*

SEcundam profero rationem, cur Deus à [illegible] nobis expoſtulet, noſtram ſcilicet vtilitaté. Dixit nobis Salomon: *Radix ſapientiæ cui* [illegible] *reuelata eſt, & aſtutias illius quis agnouit.* Trutinat Theologiæ Doctor vniuerſalis D. Thomas [illegible] doctrinam D. Auguſtini, equidem licet aſtutia [illegible] propriè malum inferat, vt ait Ariſtoteles, ſignifi[illegible] cat enim verſutiem, qua per fallacia media qui[illegible] quam quod optat conſequitur, de qua loquitur [illegible] Apoſtolus, dum ait: *Non ambulantes in aſtutia.* Porrò frequentius in S. Scriptura capitur pro [illegible] perſpicaciſſima prudentia, quæ in viris ſapientiſſimus inuenitur, qui tales ſe eſſe declarant, in [illegible] quod, vt aſſequantur intentiones media ſtatuunt [illegible] admiranda, quæ cum intento fini videantur [illegible]

repugnan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2.Cor.1.4 repugnantia, per illa tamen optatum conſequũ-
tur finem intentionis. Sibi gratulabatur Apoſto-
II. lus, quòd hac prudens aſtutia Corinthios ad fi-
Aſtutiã dem adduxerat: *Ego vos non grauaui, ſed cũ eſſem*
prudentiã *aſtutus dolo vos cepi.* Qui verò hac ſupereminen-
ſignat ti nobiſcũ vtitur aſtutia, Deus eſt: *Aſtutias eius,*
2.Cor.12 *quis agnouit?* Diuinæ planè ſunt, & noſtrum hoc
11.16. eſſe deberet exercitium, illas meditari, illas
prædicare, ſunt etenim inuentiones illæ, quas
Iſai.12.4. notas fieri. Vates Iſaias præcipiebat. *Notas facite*
III. *in populis adinuentiones eius.* Declamate diuinas
Quæ ſint aſtutias, & inuentiones, quibus vtitur, media quæ
Dei aſtutiæ. aſſumit adeo miranda, quæ quantò videntur fi-
ni, quem prætendit magis repugnantia, tãto per-
eaillum aſſequitur ſecurius, velut vt nobis det
vitam, nobis præſcribit, vt illam perdamus, vt no-
bis concedat gloriam, vult vt pœnas quæramus,
vt regna diuitiarum aſſequamur infinitiarum,
ſuadet vt nos omnibus ſpoliemus & ſectemur
paupertatem, in quo ad oculum patet, quo modo
Iſai.28.21 perpendebamus verbum Iſaiæ: *Vt faciat opus*
*ſuum, peregrinum opus eius ab eo.*

Hæc autem vna eſt ex præcipuis ac pruden-
tiſſimis inuentionibus, diuiniſque aſtutijs, quod
agens nobiſcũ, ad primũ verbum ingreditur ali-
quid poſtulãdo: *Da mihi.* Hoc Dei deſideriũ eſt,
date & cõmunicare bona ſua: & hac intentione
IV. mundũ creauit eiuſq; omnes creaturas. Nõ eas
Creatu- condidit, vt aliquid ab eis ex his quæ habẽt, ſibi
ras Deus conquireret, nequaquam: etenim nihil illi deeſt,
creauit ſed vt illis daret ex eo, quod ipſe in ſe cõtinet:
nõ vt ali- vt enim ſummũ eſt bonũ, ipſa natura ſua impel-
quid ab litur, vt ſubiecta creet, quibus ſeipſum abundè
eis acci- communicet. Ideo creaturas condidit, vt in illas
peret, ſed ſuarũ dirigeret & effunderet gurgites diuitia-
daret po- rũ: *Effudit illã ſuper omnia opera ſua.* In eum finẽ
tius. ſingulariter condidit hominẽ ſubiectũ capax,
Eccli.c.1. in quem omnes poſſet diuitias, imo ſeipſũ effũ-
10. dere copioſiſſimè. Ea de cauſa dicitur, quòd crea-
Gen.c.2.2 to iã homine *Requieuit Deus.* Sicut rex illuſtriſ-
V. ſimus requieſcit, nato ſibi filio Principe, capaci,
Similitu- qui cuncta ſua hereditate regna poſſideat, ſimili-
do. ter & nutrix, cui tanta lactis copia regurgitant
vbera vt diffindantur, ſi quando puſionem vide-
Ecc.c.17.1 rit famelicũ, cui hæc vbertim exp[o]rrigat: *Deus*
*creauit de terra* (Sic Salomon) *hominem, ſecundum*
*imaginem ſuam fecit illum* &c. *Creauit ex ipſo ad-*
*iutorium ſimile ſibi* &c. *Poſuit oculum ſuum ſuper*
*corda illorum.* Quis ille modus agendi, cœlorum
rex inclyte? Quid habet cor hominis tuo dig-
num conſpectu? Quid ab illo requiris, quod ſic
acie fixa cor illius intuearis? *Poſuit oculum ſuper*
*corda illorum.*

Præcelſum habent hæc verba, myſterium: & VI.
quid magnũ hic conſidero deductũ ex eo quod Deus op-
docet D. Aug. nimirum maximè proprium Deo timè ſpe-
à Spiritu S. quò illum clariùs cognoſcamus, no- culo cõ-
men attribui ſpeculi mundiſſimi: *Candor eſt lucis* paratur.
*æternæ, ſpeculum ſine macula.* Non poſſumus Deũ Sap.ca. 7.
in hac vita, ſicut in ſe eſt cognoſcere, hoc futu- 20.
ræ reſeruatur: *Tunc videbimus eum ſicuti eſt.* Sed 1.Ioa.c.3.
per ſimilitudines & ſymbola creaturarum, quia 2.
ex qualitatibus quas illæ repræſentant, ad diui- 1.Cor.c.13
norum aſcendimus cognitionem attributorum: 12.
*Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autẽ*
*facie ad faciem.* Mirabilis eſt ſpeculi puriſſimi &
terſiſſimi figura. Speculum in ſe eſt naturæ cry-
ſtallinæ, lucis capaciſſimum purum adeò & ter-
ſum vt etiam puluis tenuiſſimus in eo videatur.
Nullam in ſe particularem habet figuram, tuam
tantummodo repræſentat quãdo te illi opponis,
ita vt ſi illi arriſeris, tibi ſimiliter arridebit, ſi
plorauerïs, plorabit, ſi manum extenderis, & ipſũ
te apprehendet, ſi illud apprehenderis, & ipſum
te apprehendet ſi propius acceſſeris, tibi propiùs
accedet, ab eo recedas, à te recedet, ſi ad il-
lud oculos conuerteris, ad te oculos conuertet,
ſi diuertas, diuertet, & vt verbo dicam, tale tibi
erit, qualis tu illi.

Hinc noſce quis ſit Deus; cœleſte ſpeculum 51
ſine macula, terſum, nitidum, ſine fuligine cla- VII.
riſſimum: *Speculum ſine macula.* Si illũ in ſeipſo Talis tibi
velis attendere, ſecundum ſuam naturã, illum in futurus
hac vita non intelliges, porro ſi illum velis ag- eſt Deus,
noſcere in ordine ad te: tu teipſum contẽplare: qualis tu
talem etenim ipſum inuenies, & talis tibi futu- ipſi.
rus eſt, qualem te inuenerit, qualiſque illi fueris
ſi illum amaueris, te amat; *Ego diligentes me dili-* Prou.c.8.
*go.* Si illius oblitus fueris, & ipſe tui obliuiſce- 17.
tur. *Oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorũ tuorũ* Oſea.c. 4.
*& ego,* Si propiùs illi acceſſeris, tibi propiùs ac- 6.
cedet: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vo-* Iac.c.4.8
*bis.* Si procul abſceſſeris, & ipſe recedet: *Si dereli-* 2.Paral.c.
*queritis Dominum, derelinquet vos.* Si petenti tri- 15.2.
bueris, & tibi petẽti tribuet: *Date & dabitur vo-* Luc.cat.6.
*bis.* Si eius impleueris voluntatem, & ipſe tuam 38.
implebit: *Voluntatem timentium ſe faciet.* Et ſic in Pſ. 144.19
cæteris. Explicet hoc nobis D. Augu. *Sicut in ſpe-* D. AVGV.
*culo omnibus motibus, atque omnibus actibus, qui-* Lib. 1. de
*bus is, qui ſpeculum intuetur, mouetur vel agit, ijſ-* Incarnat.
*dem ipſis, etiam imago, quæ per ſpeculum formatur,* c.14. To. 2.
*actibus & motibus commouetur, vel agit, in nullo*
*prorſus declinans, ita & Deus* &c. *Qualis apparue-* D. AVGV.
*ris Deo* (aſſerit idem) *talis oportet, vt appareat tibi* In man-
*Deus, ſuauis & mitis & multæ miſericordiæ, ſuaues,* uali.cap.
*mites, dulces, humiles & miſericordes requirit.* 24. To. 9.

a *Ho. 9. in Cant.*
b *In cap. 7. Eccle.*
c *l. 2. Conſtitut. cap. 45.*
d *Ser. 69. in Cant.*
e *In pſ. 17*
*Pſ. 17. 26.*
*Luc. ca. 6. 38.*

Hoc eſt (inquiunt D. Greg. Nyſſ. a D. Hiero. b. D. Clemens Papa c. D. Bernard. d. & D. Auguſti. e.) quod pſallebat ille in Dei cognitione adeo promotus rex Dauid: *Cum ſancto ſanctus eris, cum viro innocente innocens eris, cum electo electus eris, & cum peruerſo peruerteris.* His conceſſis, hoc quod tu Deo facis, norma quædã eſt & menſura eius, quod tibi faciet; quod ſi noſſe deſideras, quid ſit quod tibi faciet Deus, tu vide, quid Deo facias. Sic enim prima veritas atteſtatur: *Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis.* Quantum conijcio myſticam ſpectat Zachariæ viſionem, quã SS. Patres multifariam expendunt, Angelus Prophetam accedit, & ait, attolle vates oculos: *Et vide quid eſt hoc quod egreditur.* Videt à longe neſcio quid, quod plenè & diſtinctè nequibat agnoſcere, miratur ſpectrũ, & ad Angelũ cõuerſus, eũ interrogat: quid eſt hoc Domine mi? *Hæc eſt* (reſpondet Angelus) *amphora egrediens.* Notant cõmuniter Doctores, quod in Hebræo legatur vox: *Epha*, vel *Ephi*, ſignificans menſurã: itaque quod apparebat, hydria videbatur eſſe vel cantarus menſura liquidorũ, velut olei, vini &c. quas dicimus metretas, cados, amphoras, vel medimnus, quadrantale, modius quibus arida, triticum, hordeum &c. metimur. Domine mi, rogat Propheta, quid menſura iſta ſignificat? Cui Angelus: *Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra.* Curioſè ſatis attẽdit Vatablus, quod illa vox: *Oculus eorum*, in S. textu non tam indicet oculum eorum, quam oculum, qui conſpicit eos: *Hæc eſt oculus eorum, id eſt oculus, qui videt eos, non quo vident, ſed quo videntur.* q. d. en propheta, vbi figat ſuos Deus oculos in omnes illos, in illam amphoram. Arabicum hoc ſonat. Non omittit nobis Salomon indicare, quòd Dominus oculos ſuos figat in corda mortalium: *Poſuit oculum ſuper corda illorum.* Qua ergo ratione dicit, quòd illos defigat in amphoram? Diuina correſpondentia qua locus vnus S. Scripturæ declarat alterum. Indubiè ſuper cor tuum oculos ſuos dirigit, attamen non qualicumque ratione, ſed illud amphoram facit & menſuram, vt tibi reddat. Qua ratione & id quod ipſi tribueris: hoc vobis intimat: *In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.*

*Zacha. ca. 5. 5.*
VIII. Zachariæ de amphora viſio declaratur.
*Eccli. c. 17. 1.*

Ex his conclude, quod tu facis Deo, menſura eſt eius, quod Deus tibi tecumque faciet, non in pretio & pondere eorum (inquit D. Greg. Nyſſen.) certum etenim eſt, non tanti valere ea, quæ tu dicas Deo liberalis, quanti illa valent quibus te Deus ditat liberalior; nam in illis hæc eſt differentia, quæ inter te & Deum eſſe reperitur: ſed in modo, quia eo modo, forma ac menſura, qua Deo liberalis occurreris, vt homo, illo pariter tibi liberalis occurret, vt Deus. Hinc tuus incipit altiora ſpeculari intellectus (a) quo capias, cur Deus tecum agens ingrediatur petendo: ſit autem hæc illa ratio: ſiquidem eius intentio, ac finis hic eſt: vt tibi largiatur: vt autem tibi conſtet, quòd nolit tibi eſſe parcus, permiſit cor tuum menſuram eius eſſe, quod ab illo prætendis: nam qua menſura illi menſus fueris à te poſtulanti, eadem tibi, à ſe poſtulanti, optantique remetietur. Ipſum audi ſeipſum exponentem apud Iſaiam: *Ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam* (Septuaginta legunt) *& miſericordiam in menſura.* Tali menſura tali modo tibi rependam, quo tu prior mihi erogaſti, & in bilãce à te mihi conceſſum appendã, vt & altera parte reponã id, quod tali reſpondet ponderi, & opera miſericordiæ, quæ mei gratia feceris, hæc dicit iuſtitias ob dictas alio loco rationes: corũ erũt iuſta menſura, quæ tibi me præſtiturũ eſſe polliceor: *Et miſericordiam in menſura.* Hinc communiter, quotieſcumque Deus dare proponit, petit, & quo plura dare prædeſtinat, eò plura prærequirit, ſi multa dare deliberat, multa pariter expoſtulat. Multæ eleemoſynæ multa penſantur miſericordia; magna contritio & ſeuera pœnitentia, magna compenſantur gratia, & integra remiſſione peccatorũ, feruenti cordis deſiderio, eximium Deus fauorem præordinat cœleſtem; terrena bona & multa gaudens contemne, & multos in cœlo theſauros gaudens obtinebis.

*L. de orat. Domin. orat. vlt.*
IX. Petit Deus miſericordiam in menſura.

## §. 19. *Petit ab Abraham Deus, vt eádem illi menſurâ refunderet, quâ dediſſet Abraham: hiſtoria eſt vulgaris, ſed ſpectata myſterijs.*

PAtet hæc hiſtoria per praxim in multis hiſtorijs à Spiritu S. relatis, præſertim ex illo contractu Abrahæ cum Deo, quem nõ ſine grauiori cauſa deſcribit Spiritus S. eãque tot & tam præclaris diſtinctam circumſtantijs ac myſterijs, vt, ſicut paulo ſuperiùs egimus, eas D. Chryſoſt. ſubtili intellectus ſui acumine diſcuſſerit. Intendit dare Deus Abraham, & in ipſo toti mundo, donum omnium ſublimiſſimum, in quo quidquid boni habet, comprehenditur, donũ de quo propheta prædixerat, & expendit Apoſtolus, quod nec oculi viderunt, nec aures audierunt, nec cor potuit humanum imaginari: ſcilicet vnigenitum ſuum: vult autem hunc illi Deus

pus bene- ſuum petit ab Abraham filium.

largiri, non vt ei ſeruiant omnes, ſed ipſe potius ſeruiat omnibus ipſe vitam, ipſe ſanguinem, ipſe tradat animam in redemptionem noſtram, ipſe pro noſtra ſalute cruci confixus offeratur holocauſtum. Quis vidit, quis audiuit vnquam tale? Quis ingenio comprehĕdat, quòd Rex quo nullus ſuperior, vnicum ſibi tradat in mortē filium, regnorum ſuorum heredem, pro famuli viliſſimi, & proditoris nefandiſſimi redemptione? Dei

Ioan.3.10

tantummodo hoc valuit amor operari: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret &c.* Munus igitur tantum collaturus, vocat Abraham, & ad primum colloquij verbum, adeſt primo impetu rem expoſtulans adeò grauem & arduam vt meo iudicio, nullam vnquam ab homine petierit ab orbe condito grauiorem, nempe, vt filium ſuum vnigenitum Iſaac offerret in holocauſtum.

Eſt autem hæc hiſtoria adeò præclara, & pietatis laudata myſterijs vt Concilium ſecundum Nicenum quod ſeptimum fuit generale tractās quantum ad deuotionem acuant imagines ſanctorum, referat id quod D. Gregor. Nyſſen. (Cui totum Concilium hoc inſigni acclamauit epitheto: *Pater Patrum*) de ſeipſo litteris mandauit, ſe numquam ſine lachrimarum effuſione videre potuiſſe imaginem Abraham Iſaac filium offerentis. Idem de ſeipſo teſtatur vir ille D. Baſilij, & D. Hiero. laudibus commendatus D. Ephrem & D. Auguſtin. ait: *Eſt ita mirabilis, vt nullum cor ad hitrandum ſit tam obliuioſum, vt inde aliquando elabi poſſit. Verumtamen neſcio quomodo, quotieſcumque legitur, quaſi tunc fiat, ita efficit mentem audientium.* Accerſit igitur ad ſe Deus Abraham amicum fidei probatiſſimæ: & ad primum verbum, exorditur à petendo, Abraham, Domine: Offer o mihi ſacrificium. Placet Domine. Adſunt ibi mille oues, agni, boues, tauri, pecora maiora & minora, omnia dicabit me nemo libentiùs. Non erit hoc de animalibus ſacrificium, ſed de homine Quod felix Domine, fauſtumque ſit. Sunt ibi greges Chananæorum, Phareſæorū, Hethæorū &c. innumeri: qui cum ſint nominis tui hoſtes perduelles, non erit abſonum, illos hoc modo exterminare. Vide quot tibi velis immolari, notæ quippe mihi ſunt vires brachij mei, diuino tuo roborati ſubſidio Non hos expoto, ſed de tua familia quempiam. Fiat & hoc Domine: & in hac mihi ſat multi ſeruiunt. Trecentos habeo vernaculos, iuuenes expeditos, & ad quælibet ſtratagemata paratiſſimos. Non de populo iſto volo ſacrificium, ſed aliquis mihi tibi conſanguineus offeratur. Nec

Tract. de Abraham & Iſaac. p.624. T.4 D. Avgvs. Ser.71. de Temp. T.10.

II. Expendi- tur Dei petitio.

III. Abraha commen- datur obedientia.

hoc Domine recuſo. Duo nati ſunt mihi, tuo dono, filij: vnus de ancilla Agar, Iſmael, altera de coniuge chariſſima Sara Iſaac, ille adeò deſideratus, expetitus, exſpectatus, & gratia tua datus ſingulari, ad afflictæ familiæ meæ ſolamen vnicum.

Firmiter mihi perſuadeo, te illum non exoptare, cum illum mihi conceſſeris, de vitæ eius ſemper ſecurum me præſtans, incolumitate, per quem & mea eſt extendenda familia, quam ſicut ſtellas cœli, & maris arenas ſpopondiſti multiplicandam: Hunc autem, inquit Dominus, offerri deſidero. Quæ lancea cor vnquam hominis tam profundo lancinauit vulnere, vt verba hæc cor Abrahæ perculſerunt? (inquit D. Grego. Nyſſe.) Hoc vos iudicate, qui patres eſtis, & noſtis, quātus ſit parentem erga vnicum amor filium. Porro vt inconcuſſæ vir obedientiæ, ſeruuſque obſequentiſſimus, ſe ſubmitti atque: Domine cum hoc ita velis, illum Sacerdoti tradam qui illum in monte tibi ſacrificet, vbi mei illum oculi non videant concrematum immolari. Nec hoc admitto: tu ipſe futurus immolans Sacerdos, tu ipſe victimam de aure ad aurem (a) iugulaturus, tu ipſe ignem in altari extructurus: tu ipſe eum in flammas, quibus totus ab imatur iniecturus ſic, vt illi nec vnguis nec capillus ſuperſit incombuſtus. Heu Domine mi, durum hæc nimis ac animo permoleſtum, verumtamen fiat extemplò: paratus ſum, & hoc ipſo momento mandatum exequi, vt eo citiùs tantis eripiar doloris anguſtijs. Abſit hoc ait Dominus: ſed per hæc tibi deſerta longius proficiſcendum, animo ſuſpenſo donec in montem quem tibi monſtrauero, perueneris. Hæc omnia illi Deus his verbis voluit indicata: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi.*

Orat. de obitu Pulcheria.

(a) De oreja à oreja.

Gen. 22.2.

In huius hiſtoriæ cōſideratione liberis velut habenis, apertiſſimę eloquentiæ campis SS. Patres exſpatiantur (a) dum nec ſyllabam præcepti dominici prætereunt, quod ita diuina compoſuit eloquentia vt acutiſſimè cor Patriarchæ transfoderet: *Vnumquodque verbum* (inquit D. Chryſoſt.) *ſeſſi bat ad fauciandum animam iuſti.* Singula perpendamus: *Tolle* Abraham: volo tuis ipſe manibus tollas: *Filium tuum*, non agnū, non ouem, non mancipium, non ſeruum, ſed filiū tuū: *Vnigenitum*, illum vnigenitum ex Sara: *Quem diligis:* ille in quem totus tuus collimat amor, ſpeſque poſteritatis: *Et offeres:* tu eſto immolans Sacerdos, iugulatum in holocauſtum, in cineres exurens,

52

(a) Hazenſe lenguas.

D. Chr. Ho. 47. in Gen. T.1.

IV. Singula verba breuiter perſtringuntur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

exurens, vt nihil reliqui ſuperſit, & hoc quidem: *Super vnum montium* &c. montem ipſe quæſiturus, quem ego præſignaui; tibique ſum monſtraturus. Quale tunc cor Abrahæ? Quis ad ima peruadet anguſtiarum eius, & dolorum profunda ſcrutabitur? Vt fornax exarſit Babylonica tot tamque voracibus incenſa flammis, quot & qualia fuere verba quæ aure percepit, vt miraculũ dixeris, quod mille partibus eorum vi perculſum non diffinderetur: cum nec quidem talibus, ſed multo minoribus quæ locutus eſt Deus Hieremiæ, ipſe corruerit, vt & cor illi ſcinderetur, nec pedibus firmus valeret conſiſtere: *Factus eſt ſermo Domini, quaſi ignis clauſus in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens.* Nihil horum alicui manifeſtauit & licet D. Gregorius Nyſſen. credat, quod illa vxori Saræ communicarit vt eam tanti meriti redderet participem, quantum ex illo ſperabat actu prouenturum, attamen communis habet opinio, quod ne vel verbum illi reuelarit. Ita ſcribit Ioſephus & aſſerit D. Chryſoſtomus: *Nemini prorſus hoc ſignificauit*, elaboratè probat D. Ephrem Syrus: *Ne vxori quidem de hac re quidpiam dixit: neque enim tutum putauit fœminam in conſilium adhibere; quibus enim lamentis Sara non eſſet vſa, vel erga filium ipſum, vel erga patrem? Quomodo non arcte complexa ad ſe retraxiſſet* &c? Vos iudicate matres, quibus vnicus tantum filius, cordis veſtri iubilum, ſi vobis maritus Dei præceptum de cædendo, & immolando filium indicaret. Conſidera (monet D. Chryſoſtomus) quænam tunc cogitationes cor Abrahæ pulſarint, qui cruciatus animam eius attorſerint, quod bellum Dei filijque amor in viſceribus eius excitarit: *Conſideres* &c.

*Hierem. c. 20. 9.*
*Orat. cita.*
V. Abraham nihil de his Saræ reuelauit
*l. 1. Antiquit. c. 22.*
D. CHR. *Ho. 47. in Gen.*

*Cogitet velim* (ſic Abrahamum D. Chryſoſto. conſiderat) *quot non aduerſus eum tunc cogitationes inſurrexerint: neque enim haſtarum cuſpides tam horrendæ ſunt, cum à multis militibus ſubriguntur, quantũ formidabiles, illæ cogitationes. Nulla haſta tam acuta eſſe queat, quam cogitationum illarum aculei, qui ab intimis viſceribus acuebantur.* Augebatur animæ dolor, nec loqui ad ſolamen permittebatur, vt dicebat ille amicus & cõſolator Iob: *Loquar & reſpirabo paululum.* Sed cũ illi cor eſſet velut campus formatus, in quo cogitationes variæ & diſcurſus ſe inuicem impugnant, quàm poſſint crudeliſſime. Tollit filiũ ſuum, duos ſecum aſſumit ſeruos & aſinum, iter aggreditur, per inuia & ſolitaria penetrat deſerta, & ad primum ingreſſum, faſciculum colligit lignorum in ſacrificium, cuius ligna ſingula ſui doloris ignem multò vehementiùs incendebãt. aſino ferendum imponit onus, & iam triduo itinerans perſeuerat. Heu Domine mi, quam longum martyrium? Quales cor eius premunt anguſtiæ: Quis illi bene ſapit cibus? Quis illi ſomnus, quo noctu non requieſcit, ſed viuis doloris repræſentationibus excitatus interturbatur? Poſt triduum itineris laborem ait illi Dominus: vides illum illic à longe montem cæteris altiorem? Ad eius accede pedem, ibi ſeruos relinque & aſinum, ſtruem accipe lignorum, quam hactenus aſinus vexerat, & humeris filij tui ferendã impone. Ipſe vero vna portat manu gladium & ignem altera ſicque pariter montis accliue conſcendunt. Iam montis vertici appropinquant, & attollens filius oculos ad patrem, ſic eum affatur: *Pater mi.* O mucro ſæuiſſime, ſanctiſſimi cor tranſuerberans ſenioris? Cui Pater: *Quid vis fili mi*, dimidium animæ meæ? Quantum ex his conijcio ſacrificaturi pergimus, & cum iam ligna, gladium, & ignem afferamus ſacrificio: vbi eſt litanda victima? Stupeſcit D. Chryſoſtomus, non in mille partes cor Abrahæ lacerari, vel ad minus qui cor habuerit, quo filio reſponderet, non copioſis obrutus lachrimis ſed ſereno vultu, ſiccisque oculis, quaſi viſcera haberet ærea, vel cor adamantinum: *Quaſi adamas manebat inuictus.* Reſpondet: fili mi, lumen oculorum meorum: *Dominus prouidebit ſibi victimam holocauſti fili mi.* Ad montis igitur vt peruenere faſtigium, ſenex ſeipſo robuſtior brachia ſua corroborat, ſaxa, quæ ibi ſparſa iacebant: maiora colligit, inde altare componit, lignorum ſtruem ſuperponit: & ad filium conuerſus ſic fatur: Fili mi, viſcera animæ meæ, tu debes immolari, tu victima Deo litanda, ego Sacerdos ego victimam immolaturus, ego tibi his vitam manibus erepturus, ego ſanguinem tuum fuſurus, ego tibi caput ablaturus, ego mortuum crematurus, ego hoc in altari te Deo conſecraturus: ſic Deus præcipit, perfer & obdura. Si fidem mireris Abrahæ, & Iſaac quoque admireris obedientiam, qui mox vt audiuit, hanc eſſe Dei voluntatem, ſe humilis ſubmittit & offert libentiſſimè: dicens: ter felix ego, quem Deus acceptare dignatur in ſacrificium, ô me beatum, qui vitam in eius profundere merear obſequium.

D. CHR. *Ho. 3. in 2 ad Corint. in morali. Tom. 4.*
*Iob c. 32. 20.*
VI. Abraham cum filio proficiſcitur.
VII. Filius patrē interrogat de victima.
VIII. Abrahā filio vitā dicit.

Quàm ſtricte filiũ pater complectitur! Quam ſi ſe promptus ſubijcit patri filius? licet filio in memoriam adduceret matris anguſtias, quando noſſet filium extinctum, patriſque manibus Deo conſecratum? Ligari non abnuit iuuenis ſanctiſſi-

IX. Abraham Iſaac ob- ponit ad ſacrificiũ

poſit ad ſanctiſſimus, nec in altari ſtruem ſuperimponi
ſacrificiū. lignorum; colli nuda gladio ſubmittit, inflectit
ceruicem; ſtringit gladium pater, ſiniſtram ca-
piti imponit adoleſcentis, feruens dexterum at-
tollit brachium, vt tanto libret ictum impetu
D. Ephr. fortiori. O quale ſpectaculum? Quæ non in
Tract. cit. vtriuſque hæc corde peracta? de his ſic D.
de Abra- Ephrem: *Quotieſcumque huius pueri contem-*
ham & *platus ſum imaginem, numquam ſine lachri-*
Iſaac. *mis præterire potui.* O fidem patris? ô prolis
X. obedientiam; vt neſcias de quo amplius obſtu-
Liberatur peſcas. Tandem ictum librat, accurrit Deus horâ
à morte illâ duriſſimâ. Abraham, Abraham! Abraham
Iſaac. Abraham! Quis me vocat? Ego Dominus: con-
Gen. 22. trahe manum tuam: *Per metipſum iuraui, dicit*
16. *Dominus: quia feciſti hanc rem, & non peper-*
*ciſti vnigenito filio tuo propter me* &c. *benedi-*
*cam tibi* &c. *In ſemine tuo benedicentur omnes*
Gal. c. 3. *gentes* q. d. vt rem expendit D. Apoſtolus.
& Hebr. Per metipſum iuraui, tibi meum dabo filium, vt
cap. 6. tuus ſit, vt ex ſemine tuo & generatione carnem
XI. ſumat, per quem æternam gratiæ & gloriæ bene-
Deus A- dictionem conſequentur, quicumque per fidem
brahæ cō- filij tui eſſe meruerint. Hic recipit Abraham fa-
penſat uorem illum & gratiam, quâ cor eius abundatio-
obedien- ri delibutum eſt gaudio, intelligens quòd Deus
tiam. ſuum illi filium daret ſacrificandum, quam ante
fuerat dolore contriſtatum, dum proprium duxit
filium Deo ſacrificandum: momento namque
temporis de ſummo dolore ad ſummum tranſijt
gaudium: & qui prius erat offerens, iam ipſe
eſt abundanter cumulatèque recipiens; & hoc
tunc contigit, quod Chriſtus poſtmodum dixit:
Ioan. c. 8. *Abraham vidit diem meum, vidit & gauiſus eſt*.
56. Ho. 2. Mirabiles expendit D. Chryſoſt. Dei aſtutias;
in 1. ad *Aſtutias illius quis agnouit?* Quid Deus inten-
Theſſal. debat? Dare Abrahæ filium ſuum, & per ipſum
& Ho. 25. toti mundo, donum hoc quô nullum mundus re-
in Epiſt. cepit eminentius, in quo quidquid eſt boni, con-
ad Hebr. cluditur: *Erat filium ſuum pro nobis daturus.*
XII. Vt autem illum tradat, petit, & quia illum dare
Deus vt ſtatuerat, quô nullus illi charior, quem vnicè
det prior diligebat, poſtulat ab Abraham id, quô nihil illi
poſtulat. pretioſius, quod tenerrime diligebat. Et quia illi
D. Chrys filium ſuum dare diſponebat vnigenitum, & ab
illo filium requirit vnigenitum; vt det Abrahæ,
petit ab Abraham, & velut ſpeculum clariſſi-
mum ſe illi directè opponit, quia illud ipſum
acturus eſt Deus, & hoc in ipſo refulgebit, quod
fecerit Abraham. Hoc credo indicaſſe Apoſto-
Hebr. c. lum verbis illis obſcurioribus, quæ dixit hoc
11, 29. Abrahæ expendens facinus: *Accepit eum in*



*parabolam.* Trimulis notum eſt, quod vox pa- XII.
rabola propriè ſignificet exemplar vel ſimilitu- Nos Dei
dinem. Accepit eum Deus in exemplar ſui ac ſumus
ſimilitudinem. Quid innuis? forſitan Deus parabola.
hominem capit vt exemplar eius, quod homini-
bus eſt præſtiturus? Hominis eſt, Deum ſibi vt
normam & exemplar præſtituere, ad cuius ſimi-
litudinem operetur: vt S. monet Scriptura, do-
cet Theologia, ſuadetque ratio. Quid indicas?
*Accepit eum in parabolam?*

Hoc quod dicimus, quòd Deus aliquid volens
in gratiam hominis facere, vult vt prius homo
aliquid faciat in gratiam ſui, vt eo modo forma-
que procedat Deus, quô homo factus Deo pa-
robola primò proceſſit. Et quoad litteram ſit
illud, attende, quod eâ formâ, eâque normâ, quâ
Abraham cum Deo egit egit & Deus cum Abra-
ham. Expende id quod Abraham fecit, & verba
quibus illum Deus affatur: *Quia feciſti hanc* XIII.
*rem, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter* Cōfertur
*me.* Tu mihi tuum tradidiſti filium, & ego tibi Dei do-
meum tradam; tu vnigenitum tuum ex Sara, num cum
ego mihi in mea natura vnigenitum; tu filium dono A-
tibi chariſſimum: *Quem diligis*, ego ipſum, in brahæ.
quem totus meus amor comprehenditur: *Hic*
*eſt filius meus dilectus in quo mihi bene compla-*
*cui.* Tu illum, qui gloria tua, familiæ lætitia,
gaudium domeſticorum: ego illum, qui eſt
gloria mea, beatorum omnium regnorumque
meorum æterna felicitas. Tu filij tui vitæ, *Non*
*pepercisti, propter me*, nec ego filij mei vitæ par-
cam propter te: *Qui proprio filio non pepercit.* Rom. cap.
Confer illud Abrahæ: *Non pepercisti*, cum illo 8. 32.
Dei: *Non pepercit.* Tu ipſe filium tuum tuliſti,
vt eum morti traderes, & ego filium meum tol
lam tradamque in mortem, & dicetur: *Propter* Iſa. cap.
*ſcelus populi mei percuſſi eum.* Tu ligna ferenda 53. 6.
filio impoſuiſti, ego peccata, vera ligna filio im-
ponam baiulanda, quibus æternum excitatur in-
cendium, *Deus poſuit in eo, iniquitatem omnium* XIV.
*noſtrum.* Tu ille, qui huic operi iunxiſti gladium Ignis &
& ignem, ambabus onuſtus manibus; vtrum- gladius
que namque ſacrificium exigebat. Ego ipſe ero, miſeri-
qui miſericordiam ſociabo iuſtitiæ, qui hoc effi- cordia &
ciam opus, ex vna parte amoris igni & miſeri- iuſticia.
cordiæ ſatisfaciendo; & ex altera rigori iu-
ſtitiæ.

O Sacramenta! ô myſteria? Obuiare ſibi vi- 55
dentur ſeque mutuo complecti miſericordia &
iuſtitia, quod ſi gratuitò hominis peccatum re-
mitteretur, iuſtitiæ non eſſet ſatisfactum. Si iu-
ſtitiæ rigor ſeruetur ex debito, vbi miſericordia?



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ambo connectam, amoris ignem quo ſummam homini præſtabo miſericordiam & rigoroſæ gladium iuſtitiæ, qui in filium meum ſtringetur. Chriſtum meditare in horto coram æterno Patre genuflexum & cernuum, velut Iſaac ante Abraham in altari ſacrificiorum, quæ Iſaac cum patre rationes, & quæ Chriſti cum æterno Patre? *Pater mi*, inquit Iſaac; *Pater mi*, inquit Chriſtus, Anguſtias patitur, & mortis agoniam Iſaac, eaſdem & patitur Chriſtus, quibus vſque ad ſudorem premitur ſanguineum. Porro tandem ſe Iſaac ſubmittit, humiliſque obedit patris voluntati, & Chriſtus Patris ſui ſubditur voluntati: *Veruntamen non mea ſed tua voluntas fiat.* Quid tibi de his diuinis videtur inuentionibus? Hic attende, quis finis Dei petitionis ab Abraham, eo ſcilicet illi modo reddere, quo ſibi Abraham dediſſet, vt eſſet Abraham exemplar in forma dandi; ſiquidem in munere fuerit differentia, qualis Abrahæ ad Deum, & Iſaac ad Chriſtum.

XV. Iſaac figura Chriſti.

Matt. 26. 39.

Hinc colligimus cum D. Auguſtino priorum verborum declarationem, quâ hanc Spiritus S. orditur hiſtoriam: *Tentauit Deus Abraham.* O Domine quid hoc (quærit D. Auguſtinus) & tentat Deus? Nonne hoc proprium dæmonis officium, de quo D. Paulus: *Is qui tentat.* Tentat diabolus, tentat & Deus: diabolus vt proſternat & perdat, Deus vt viam ſuis aperiat miſericordijs, vt eas ædificet, ſicut tu menſam tentas, quando pondus illi proponis imponere. Nonne tibi venit in mentem, quòd Chriſtus Philippum tentauerit, dum illum ſic interrogat: *Vnde ememus panem?* Euangeliſta teſtatur hoc Ioannes: *Hoc autem dicebat tentans eum: ipſe enim ſciebat, quid eſſet facturus.* Idem igitur de Abraham intellige, quem Deus tentauit, vt hinc illi portam reſeraret & viam ſterneret, quod æternâ ſuâ diſpoſuerat ſapientiâ, dare nempe illi filium ſuum, vnde & hic ſic dicito cum D. Chryſoſtomo: *Tentauit Deus Abraham, ipſe ſciebat quid eſſet facturus.* Nouerat & iam diſpoſuerat donum illi dare omnium maximum, vult illum ad hoc petendo diſponere, vt dum Abraham Deo tribuit, quòd ab ipſo poſtulabat, tribuat hoc illi Deus, quod ille dare diſpoſuerat.

XVI. Tentat Deus, & tẽtat diabolus.

Serm. 72. de temp. cap. 3. 1. Theſſal. c. 3. 1.

Ioan. 5. 6.

D. CHR.

Idem propoſito noſtro congruè declarat Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis vltima verba Abrahæ, dum finem huius vidit repræſentationis feliciſſimum: *In monte Dominus videbit*, q. d. ſit Deus de tali miſericordia benedictus, qui viſo illo quod ego hoc in monte peregi, ad illud meum exemplar, videbit quid in monte ſit acturus Caluariæ, tradens filium ſuum pro me ſacrificandum; ſicut vidit, quod ego hoc in monte feci, dans illi meum, ſic faciet ipſe, dans mihi ſuum.

Apud Lippom. Gen. cap. 22.

Ex hac doctrina, ſi quid ſapio, quædam verba declarari poſſunt Salomonis. Catalogum inſcribit operum diuinæ ſapientiæ hoc in mundo maximè mirabilium, & exorſus ab ijs quæ in noſtro protoplaſte contigerunt Adam, vſque ad tempora Abelis & Noë, proſequitur ea quibus Deus Abraham Patriarcham honorauit: *Hæc in conſenſu nequitiæ cum ſe nationes contuliſſent ſciuit iuſtum & conſeruauit ſine querela Deo, & in filij miſericordia fortem cuſtodiuit.* Cum peracto diluuio in vnum conueniſſent variæ illæ nationes, & in ſuperbam illam nimis ac ſacrilegam conſpiraſſent cogitationem, contra Deum turrim erigendi Babylonicam, conſilium cogentes, qua meliori poſſent ratione Deo præualere, vt licet illos punire decerneret vel altero diluuio, vel ignibus, non poſſet; vt ſcripſit Ioſephus: inſuper qua ratione cœlum ſcanderent Deum oppugnaturi, vt credit D. Auguſtinus. Hoc eſt: *In conſenſu nequitiæ, cum ſe nationes contuliſſent.* Quos cum Deus pudore ſuffudiſſet, per totum mundum oberrârunt & varias & horrendas ſuſceperunt idololatrias.

Diuina ſapientia ſanctum iuſtumque elegit Abraham, hoc eſt: *Sciuit iuſtum*, quia vt notat D. Gregorius in S. Scriptura, ſicut neſcire Deum eſt aliquem reprobare, quocirca fatuis reſpondit ſponſus virginibus: *Neſcio vos*, ita ſcire, eſt aliquem prædeſtinare, præeligere, approbare. Alia lectio habet: *Inuenit iuſtum.* Sicut enim tempore Noë, quando omnis caro corruperat viam ſuam, dixerat Deus Noë: *Te vidi iuſtum coram me*, illumque elegit, vt eius poſteri mundum conſeruarent, ita ſimiliter eo tempore quo cunctæ nationes in varias labebantur idololatrias, elegit Abraham, & eius nepotes, vt in ipſis ſerta tectaque ſeruaretur vera religio, quam ita cuſtodiuit exactè, & ad amuſſim in omnibus, vt nihil vnquam commiſerit, quo Deus de ipſo quereretur: *Conſeruauit illum ſine querela Deo.*

Id etenim quod aliqui dicere voluerunt, quòd Abraham quodam tempore fuerit idololatra, abſit vt credam, ſed nec ſecurum aſſero. Cum enim tantus fuerit Dei ſeruus & amicus, cuius adeo viua fuit fides, eminenſque ſanctitas, cœleſti Deus illum præuenit miſericordia, in hoc quòd illi filium ſuum præceperit immolare

XVIII. Quam miſericordiã Deus Abrahæ fecerit.

immolare eumque diuinâ & heroicâ roborauit fortitudine, qua Dei præceptum & intrepidus & feſtinus exequeretur; hoc eſt: *In filij miſericordia fortem cuſtodiuit.* Verba ſunt hęc myſterioſa: quòd dedit illi fortitudinem ad actum tam generoſum quo filium ſuum & iugularet, & Deo ſacrificaret. Satis hoc capio, quòd in tota natura vires non fuiſſent, quibus pater adeo roboraretur, vt filij ſui, & talis quidem filij carnifex eſſet, & tam excellentibus ac præclaris actibus fidei, niſi cœleſti ſuo Deus illum fauore confortaſſet. Porro, in hoc quod illi Deus præcepit quod fecerit illi miſericordiam, vix capio, quia in illo opere, ipſe Abraham hoc Dei gratia faciebat, & hoc ab illo Deus requirebat, vt eius amore faceret, vnicumque ſuum immolaret. Sic eſt, non abnuo: verumtamen licet quidem hoc Abraham fecerit propter Deum, ſuum illi litando filium, plura fecit Deus propter Abraham, filium ſuum ab illo requirendo, fuitque hæc petitio, quædam ineffabilis miſericordia: quâ illum ditare voluit, & cæteris hominibus altiùs extollere: ſiquidem Deo petente ab Abraham vnigenitum ſuum, non hoc intendit, vt illum à patre ſuſciperet, nec illum petijt, vt auferret, ſed vt illi Deu ſuum traderet, & hæc eſt miſericordia omnes ſuperans miſericordias, & gratia cunctis gratijs excellentior, & donum quô nullum eminentius: quia quòd à te teipſum roget Deus, miſericordia Dei eſt, non enim poſtulat Deus vllius, quod à te requirit, indigus, ſed vt ſeipſum tibi det, ſuiſque cumulet abundè miſericordijs. Quando mendicus ad te feſtinat, & in ipſo Deus à te quærit eleemoſynam, non exiguam tibi Deus præſtat miſericordiam: etenim nihil primariò intendit quam tibi tribuere & hæc prima eſt miſericordia quòd tibi fidem infundat, qua Chriſtum in paupere contempleris, & tibi conferat robur, quò tribuas effuſa manu quod tu vel maximi facis, primóque loco ducis, vt Abraham vnigenitum.

*§. 20. In David, Lot & alijs oſtendit Deus, quod ea tibi reddet menſura, qua tu illi dederis: & petijt ab hac muliere potum, ſicut Eliezer à Rebecca.*

56 Hæc eſt Dei aſtutia, Dei adinuentio, eo fine petit, & vult ei tribuas, eâdem namque menſurâ, qua tu prior illi erogaueris, reddet tibi. Et quo modo tu cum illo egeris, aget & tecum. Vtilis eſt hæc materia, ſunt quoque & exempla, quæ de hac in Sacris litteris legimus quam plurima, quæ nobis ex mente D. Auguſtini ſummo ſunt ſtudio ponderanda, præſertim illud quod D. Gregor. In prologo ſuper libros Regum trutinat ex hiſtorijs librorum Regum. Sæpius expendit illud Dauidis cum Deo, cuius hiſtoriam ita narrat exactè & non vel minimis omiſsis circumſtantijs Spiritus S. vt indicio ſit, in illa quam plurima nobis ſalutis tradi documenta: cum liquidò conſtet, illum ſcribendis non terere tempus otioſis aut futilibus: & hæc eſt D. Chryſoſtomi regula: *Nihil eſt in diuinis literis temerè & abſque cauſæ poſitum, etiam verbum; quod fortuitum videri poſſet, magnum theſaurum in ſe latentem continet. Vnde neque dictio parua, neque ſyllaba vna eſt prætereunda: non enim verba qualiacumque, ſed Spiritus S. ſunt verba.* Creauit Deus Dauid regem, & tranſactis multis bellorum tumultibus, tandem pacificam illi conceſsit regnorum poſſeſsionem, ſubiectis ſibi cunctis inimicis, vt Deo carmen hoc cecinerit gratiarũ: *Benedictus Dominus Deus meus, qui ſubdit populum meum ſub me.* Iam pace tranquillus, & regia clarus celſitudine, lectulo dormiens, ſubito expergiſcitur, & mente cœpit attenta ſumma recolere beneficia à diuina manu recepta, quodque ſuaderet æquitas, Deo ſimilibus, quantũ par erat reſponderet obſequijs. Adhuc Deus nullo particulari templo colebatur, aut domo, vbi diuina requiſceret arca, vbi ſacrificia ex lege præſcripta litarentur, ſed per domos vagabatur alienas, & mutuatas, modò in Silò, modò in ædibus Obededom, modò in ipſo Dauidis palatio, hæc ergo cogitat. Ita mihi faueat Deus, ego domum inhabito magnificam & regali ſedeo palatio, Deus autem nullam habeat ſibi domum propriam, ſed in mutuata debeat viuere, quis mei ſimilis hoc ferat? Statutum eſt, ædificabo illi templum ſuperbum & opulẽtum, ſi non pro tanti Domini dignitate, ſaltem pro meæ poteſtatis exiguitate.

Lib. 3. de doctrina Chriſti à c. 12. vſque ad 20.

D. CHR. Hom. 10. 14. 15. 18. & 21. in Gen. Tom. 1.

I. Nihil in S. pagina temerè ſcriptũ.

Pſ 143. 2.

II. Dauid Dei gratus beneficijs tẽplũ ędificare cogitat.

Proh quàm hoc pium tibi foret exercitium, ſi quoties noctibus euigilas, mentem tuã paululum attolleres, & præclara à Deo recepta ruminares beneficia, & quàm parùm gratus illi reſponderis, & plus iuſto fore quòd reſpõderes illi operibus in eius præſtitis obſequium, eleemoſynis, redemptione pauperum, ſubſidio xenodochiorum, morum correctione, debito ſeruitio;

III. Aſſuerus rependit gratiam Mardochæo.

hoc ageres quod de Rege Aſſuero factum prodit eloquium, qui de ſomno euigilans, adferri ſibi librum popoſcit, in quo præteritorum ſcribebatur memoria mirabilium: cum autem eximium illud fidelitatis offendiſſet facinus, quò Mardochæus inſidias detegens proditorum, regis conconſuluit incolumitati; ilico gratus inquirit: *Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardo-*

*Eſther. c. 6. 3.* *chæus conſecutus eſt?* Et cum ei reſponderetur, nihil, totus fuit in eo, vt tantum beneficium dignè

IV. Sic tibi foret faciendum. compenſatur. Quàm conſultum foret, vt euigilans de ſomno, hunc fidei librum arriperes, & partes ſingulas reuolueres, ac beneficia perpenderes, quæ tibi pro vitæ tuæ Deus præſtitit incolumitate, & quid illi gratus memorque rependeris, ſi ſedulus inquireres, quid Deo reddidi, in tanti & tanti ſatisfactionem memoriàmque beneficij? de quibus aliàs.

His cogitationibus ita ſeriò Dauid intendebat, vt Nathan prophetam in conſilium vocauerit.

V. Dauid Deo domum & Deus Dauidi cogitat ædificare. Eadem nocte reuelauerat Dominus auriculam Nathan, cui ſic: intellexiſti quòd Dauid domum nomini meo cogitauerat ædificare? noueris igitur, quòd pari paſſu procedamus; quo namque paſſu Dauid honorem meũ cogitat, eo & ego Dauidis cogito beneficium. Ille nomini meo domum molitur extruere, & ego illi ſimiliter. *Prædicit tibi Dominus, quod domũ faciat tibi Dominus* &c.

*2. Reg. c. 7. 11.* *Et erit fidelis domus tua, & regnũ tuum vſque in æternũ.* Ille ſollicitus mihi domũ præcogitat qualem modus non vidit illuſtriorẽ: ego verò meditatus ſum illi ſuam extruere, qualem nec cœlum vidit illuſtriorẽ: etenim per memetipſum iuraui, domum illi perpetuam, nobilem, illuſtrem regni titulo decoratam ædificabo, vt vocetur regnum domus Dauid: dabo ſiquidem illi filium meum regem, qui pariter & eius filius erit, rex præcelſus qui ſedeat in ſolio regni ſui, non temporalis, quod finitur, ſed æterni, quò per omnia regnet ſæcula.

*Luc. cap. 1. 32.* Prædixit hoc Angelus Deiparæ: *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius* &c. O quàm latus nobis myſteriorum campus aperitur, quo de regno Dauidis æterno, quod eſt Chriſti filij eius legitimi & recta linea ab ea deſcendentis ſermonem extendamus; attamen hoc tantùm expendamus, eo modo Dominum cum Dauide egiſſe, quò ille cum Deo egerat, & iiſdem paſſibus, quibus Dauid in Dei ſeruitio procedebat, iiſdem Deum proceſſiſſe, in illi benefaciendo.

Idem in hiſtoria iuſti Lot videamus. Sedebat vir hic, quo nullus tota Sodoma iuſtior, ad introitum ciuitatis, peregrinos & pauperes expectans, quos ſub tectum domus ſuæ reciperet ab incolarum calumnijs indemnes: quippe: *Homines, Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores* Geneſ. *coram Domino nimis.* Accedit Deus ſub perſo- 13. 13. na duorum Angelorum peregrinantium, qui erant vt Angeli formâ ſpectabiles. A longe Lot duos Angelos explorat, feſtinus accurrit illis obuius, ad eorum ſe proſternit pedes, obſecrat. Domine mi, hanc apud vos inueniam gratiam, vt in domum meam deſcendentes hoſpiteris vbi tuti ſitis, ne vobis quiſquam de his nefarijs noceat hominibus aut vlla eorum calumnia conturbet. Reſpondent illi vt probè morigerati: gratum habemus Domine; verumtamen nolumus tibi eſſe oneri *Qui dixerunt minime, ſed in platea manebimus.* Hoc ego nullatenus patiar, inquit Lot, & dicendo & faciendo: *Compulit illos oppidò vt di-* Geneſ. *uerterent ad eum.* In tabernaculum illos, induxit 19. 3. & opiparam inſtruit hoſpitibus cœnam. Illi o rumorem intellexerunt Sodomitæ, iuuenes aduenisse ſole venuſtiores, hoſpitio receptos eſſe in domo Lot, & in eos laſciuiam contra naturæ ordinem proponunt exercêre, ſic vt illos nec Lot à concepto poſſet ſcelere reuocare. Excecauit illos Dominus, & qui ſint, Lot aperiunt,

VI. Quia Lot Deo talis & Deus Lot. Angeli ſumus (inquiunt) cœlites, à Deo delegati, cuius perſonam gerimus, & hac nocte priuſquam ſol eluceſcat, totam hanc peccatorum colluuiem, & libidinoſas funditùs euertemus ciuitates. Tu adeſto, mulierem duaſque filias aſſumito, & ab interitu liberas vendicabimus. Ad rationes confugit Lot oppoſitas, egreſſum excuſat, in longam trahit moram, at illum Angeli, vxorem & filias vi quaſi foras eripiunt, & extra ciuitatem ſtatuunt, ab omni indemnes periculo; qua ratione, illis vrbem incendio deuaſtantibus, cunctiſque pereuntibus, Lot cum vxore ſua & filijs manſit incolumis: *Cumque eſſet mane, cogebant eum Angeli dicentes; Surge, tolle vxorem tuam, & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis; diſſimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris eius, ac duarum filiarum eius* &c. *Et eduxerunt eum & poſuerunt extra ciuitatem.* Non hic leuiter attendamus quàm congruè ſibi Lot Deuſque reſponderint. Hoc agit Lot ſtudioſè, vt Deum ab omni liberet tutum periculo, quem in illis Angelis, quos peregrinos videt & pauperes, adorabat, & Deus Lot proſpicit non ſegniter indemnitati. Remorantem Deum in peregrinis, & de-

clinare in domum Lot abnuentem, compulit illum eppidò, vt ad ſe diuerteret. Lot egredi procraſtinantem, ſuæ ſalutis ſocordem, Deus brachijs accipit, vxoremque eius ac filias poſuit extra ciuitatem. *Aprehenderunt manum eius* &c. Nihil etenim eocertius, frater mi, quàm quod ſicut tu cum Deo feceris, ita & ipſe tecum faciet.

58 Hinc cum SS. Patribus, iuſtificationem eius educo ſententiæ, quam contra diuitem epulônem pronunciauit Abraham, vt altero die diximus. Flammis hîc miſer vrebatur infernalibus: oculos ſurſum attollit, Lazarum videt in ſinu Abrahæ quieſcentem, exclamat. Heu pater Abraham, miſerere mei. Quid petis? vel vnicam aquæ guttam de manu Lazari diſtillantem, ipſe extremum digiti ſui in frigidam intingat, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Hanc, replicat Abraham, non obtinebis, illa tibi haudquaquom concedetur. Bone Deus quæ eſt iſta tua ô Patriarcha ſeueritas? Nonne tu ille, de miſericordia tantopere commendatus, qui cucurriſti obuius per viam in ipſo feruore diei ſiti deficientibus, qui nedum potum liberalis propinaſti, ſed inſuper & eorum lauandis pedibus aquam porrexiſti? Si vinum à te depoſceret falernum, ſi confortatiua magni pretij, ſi calices aquarum, ſi vaſis illas deferri peteret pretioſis: at vero quod vnicam guttulam de digito in aquam intincto efflagitet; Minimum quod alijs concedi poteſt, ſtatuit Chriſtus aquæ calicem: *Calicem aquæ frigidæ.* Nec tantum requirit, ſed vnicam ſine calice guttam quæ de digito defluit aquis intincto. Non illam obtinebit. O Sancte Patriarchâ, quàm mihi videris inhumanus & immiſericors. Si diuitem hunc vt talem habemus: quia Lazaro famè pereunti, micas negauit panis: an non tu talis, qui guttæ aquam denegas ſiti exareſcenti? Non crudelitas eſt, ſed iuſtitia, & diuinæ mirabilis diſpoſitio prouidentiæ, vt taliter ille haberetur, qualiter ipſe Deum habuiſſet. Oſtijs eius in paupere Lazaro prouoluitur Deus, & micas panis mendicus dari poſtulat, & non tantum illi negauit, inſuper & fame perire permiſit; eâdem menſura Deus illi metitur, vt ipſe poſtulans per ipſum Lazarum aquæ guttam, non illam aſſequatur, ſed ſiti in æternum languidus exareſcat: *Micas cadentes* (inquit Diuus Chryſoſtomus in illud: *Redime me*, & in illud. *Quis eſt homo*) *de menſa pauperi non dedit, quid mirum ſi guttam aquæ non accepit? Deſiderauit diues ſtillam* (loquitur D. Auguſtinus) *de digito contempti ante ianuam ſuam pauperis, quoniam vrebatur in flamma, & ei non eſt data: quia iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam.*

VII. Diues Lazaro negat minas, cui & parta negatura quæ. Matt. 10. 42.

D. Chr. Epi ad Cyriacū.

T. 5. Pſal. 25. Pſal. 28. D. Avg. In pſ 147 quis eſt homo. T. 8

Hinc ſumitur geſtus illius origo, quem Chriſtus in ſepultura diuitis ſcribitur edidiſſe. Diues erat hic ad luxuriam, attamen præter exemplum crudelis. Acceſſerunt inopes eleemoſynam pro nomine Ieſu poſtulantes, ille eorum fatigatus vocibus, auribus digitos impoſuit illaſque obturauit, quò miſeros à ſe repulit auarus inauditos. Moritur ille. & ad ſepulturam effertur, & cadauere ad Eccleſiam in pheretro delato, miſſa inchoatur, quam primum autem intonant: *Requiem æternam dona* &c. Vident crucifixum in altari expoſitum clauis manuum refixis manibus, digitos auribus impoſuiſſe eaſque obturaſſe & ſic obturatis perpetuo manſit auribus imago crucifixi: quô tibi ſignificat, quòd eo te modo Deus exaudiet rogantem, quô Deum tu exaudieris te rogantem, & eadem tibi menſurâ rependet, quâ tu illi. Quinimo hinc rationem colligit D. Gregori. cur Deus noſtris tam parcè & illiberaliter ſuccurrat orationibus Quas preces, effundis, vt à tua te liberet infirmitate? Quas perlegis litanias, vt à tuis te ſaluet, quibus opprimeris, calamitatibus? Quot inſtituuntur ſupplicationes pro pluuia impetranda, pro terræ fructibus, pro morborum, ſterilitatiſque remedio? Et Deus tacet: *Quid mirum* (inquit D. Gregorius) *ſi poſtulantes tarde à Domino audimur, qui præcipientem Dominum aut tarde aut nullo modo audimus, ſicut ſcriptum eſt: qui auertit aurem ſuam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Te ipſum examina, & perpende qualiter te cum Deo habeas. Petit à te in paupere panem, veſtem in nudo, ſubſidium in hoſpitali, pallium in vidua, remedium in miſera puella, remiſſionem in eo qui te offendit, pœnitentiam eius quod male commiſiſti, vitæ correctionem quam huc vſque adeo perditè tranſegiſti, reſtitutionem eius quod pauperi fur abſtuliſti &c. Nullo horum illi reſpondes, in nullo precantem audis, nihil eius gratiâ facis, quis quæro, te precantem audiat, roganti donet, infirmum releuet, oppreſſo auxilietur

VIII. Exemplum.

IX. Nos Deus nō audit: quia & nos illum non audimus.

D. Greg. l 3. Dialo. c. 15. circa finem. Prou. c. 28.

Nolim ſubticêre mirabilem hiſtoriam, quam 59
vates Aggæus ad noſtram refert inſtructionem vtiliſſimam. Captiuum abduxerat Dei populum

lum victor Rex Nabuchodonoſor in ſuorum vindictam peccatorum, ad ſeptuaginta annos, quibus elapſis Deus ſuæ memor miſericordiæ: illos à ſeruitute eripuit, in priſtinam vindicauit libertatem, & in terram reduxit Hieruſalem, vbi templum viderunt erutum, domos ſuas ſolo proſtratas, hereditates in deſerta deſijſſe, velut ea foret regio, quam ſeptuaginta annis nullus incoluiſſet hominum. Igitur in pace reuerſi toto conamine domus ſuas erexerunt, campos arnaque coluerunt, templi Dei prorſus immemores. Accurebant prophetæ, & in Dei nomine ab illis efflagitabant, vt omnium primò dirutam Dei domum reædificarent, in qua Domino ſeruirent ſuaſque offerrent oblationes, & hoc erat eorum reſponſum: *Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ.* Hoccine apud illos agitur, inquit Deus! Siccine me habent? Nulla ſollicitudo faciendi quod in domus meæ requiro reſtaurationem; Amen dico vobis, nec ego illis faciam, quod ad eorum ſpectat domorum reparationem. Continuò dira premuntur ſterilitate, ſeminant, & meſſem non colligunt, laborant, & labores manuum non manducant, augebatur in annos miſeranda calamitas. Prima temporis initia ſatis felicia, meſſem promittebant abundantem, & modo præ nimia ſiccitate, modo flante Auſtro calidiſſimo, cuncta perdebantur: arenæ inundârant ſemina: his ſupra modum attoniti, quærunt, vnde tanta frugum calamitas, terræ ſterilitas! Vocat ad ſe prophetam Deus aitque: quid tibi videtur, quàm anxiè pere inſtantur, vnde frugum tanta ſterilitas, aquarum defectus, meſſis inopia; conqueruntur, quod eorum non adſim precibus, damna reparaturus, ſed quod illos perire, patique permittam immiſericors. Illis dicito, quod ego ſim, qui hæc ago. Ventus ille meſſem exurens, quando fruges ſperabant vberrimus & omnia campi gramina conſumens flatus meus fuit: *Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus* &c *& exſufflaui illud.* Si cauſam noſſe deſiderent, dic eis, ipſi ſeipſos conſiderens videant qualiter mihi ſeruiant: *Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cœli, ne darent rorem* &c. Vosipſos conſiderate, non offertis quod à vobis requirit Deus, nec eius templum laboratis ædificare, nullum in vobis eſt ſtudium illi ſeruiendi, quiſque quæ ſua ſunt, quærit, proprio ſtudet lucro ac voluptati, & hoc quiſque iudicat, ſemper eſſe tempus idoneum, quò ſibi ſubueniatur. Sciant igitur, quòd eo me modo cum illis habeam: cum enim mihi non tribuant, quæ ab eis poſtulo, non illis tribuo quod à me repoſcunt, cum mihi non ſubueniant, nec illis ſubuenio: *Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras, ſeminaſtis multum, & intuliſtis parum* &c. Vultis vt ego faciam? Et vos facite. Vultis ego vos exaudiam? Exaudite me. Vultis votis veſtris annuam? & meis annuite: vultis dem? date. Date quod à vobis requiro, eo namque animo peto, vt eamdem vobis menſurâ remetiar: *Aſcendite in montem, & portate ligna, & ædificate domum.* Adferte quæ à vobis repoſco domui meæ ædificandæ, & videbitis, qua ratione veſtras ſim domus ædificaturus, & ſupra modum benedicturus.

X. Populus Dei domũ ædificare negligit, ſimiliter & Deus eorum.

Agg. 1. 2.

Agg. c. 1.

Hoc habet Deus in more poſitum, vt ſuſe proſequitur D. Chryſoſtomus, & inter alia hoc expendit quod eo ſe modo Deus geſſerit cum Achab rege, quo cum Deo ipſe te Rex geſſerat. Ipſe per manus miniſtrorum vuas vindemiauit Naboth, quas plenis domum cophinis retulerunt. Deus ſimiliter & illius vindemiauit, auferens per manum Iehu capita ſeptuaginta ſuis filijs, qui velut palmites eius erant vineæ, & cophinis impoſita retulerunt Hieruſalem. Rex Aſa, vt Dei prophetam cruciatibus ſubijceret, mandat illi pedicis pedes firmiter conſtringi, & illum cruciat Deus dolore pedum grauiſſimo, quò vitæ miſeram abſoluit periodum: *Laborauit Aſa dolore pedum vehementiſſimo* Omnes loquuntur factum Adonibezec, cuius tanta fuit immanitas, vt comprehenſis ſeptuaginta Regibus, illis ſumma manuum pedumque reſcinderet, & ſub menſa ſua pronos humiliaret, vt velut canes micas colligerent decidentes. Hoc eodem illum Deus armis populi puniuit iuſtè ſupplicio, vt comprehenſo manuum pedumque ſumma reſecarent, & exclamat: *Sicut feci, ita reddidit mihi Dominus.* Ex his nobis expoſuit D. Greg. Nyſſe. quod Chriſtus nobis in oratione dominica præcepit, diceremus: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris:* de quibus iterum diximus. Similiter ex his iudico declarari poſſe difficiliora illa verba, quæ præmiſſis eximijs viſionibus, profert D. Ioannes Euangeliſta: *Si quis habet autem, audiat. Qui in captiuitatem duxerat, in captiuitatem vadet, qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi* quibus hoc addit: *Hic eſt patientia & fides Sanctorum.* Audiant me, quotquot aures habent audiendi; recipiet quiſque à Deo iuxta id quod Deo fecerit: *Hic patientia eſt, & fides Sanctorum.* Duo petit à Sanctis

XI.

XII.

XIV. Pepit à Sanctis Deus fidem & patientiā. Galat. 6. 1.6.

à Sanctis Dominus, fidem & patientiam. Patiētiam qua longanimes omnes perferant dolores, pœnas, iniurias, labores pro ſuo nomine; fidem viuam qua opera faciant charitatis in Dei obſequiū: *Fides quæ per charitatem operatur.* In quo hęc omnia fundantur? Quis ad hæc mouet Dei chariſſimos? ſcire, quò ſicut illi pertulerint pœnas, mortificationes & iniurias, & hęc omnia propter Deū ex charitate remiſerint: ita & Deus patienter illos perferet, ac eorum peccata clemens indulgebit? Et ſicut illi fecerint id, quod ab ipſis Deus in ſui requirit obſequium, ita faciet & Deus quod ipſi ab illo quęſierint, vt æternam aſſequantur beatitudinem.

☞ 60 XV. Hoc conſilium ſuggeſsit Dauid Salomōni, 1 Paral. cap. 28. 9.

His aptè congruit conſilium quod dedit vir ille, ſecundū cor Dei, Dauid, filio ſuo Salomōni iam morti, & diſceſſui ex hac vita proximus: quo tempore conſilia plerumque dantur ſaniora *Tu autem fili mi Salomon, ſcito Deum patris tui, & ſeruito ei corde perfecto, & animo voluntario: omnia enim corda ſcrutatur Dominus, & vniuerſas mentium cogitationes intelligit. Si quæſieris eum, inuenies; ſi autem dereliqueris eum, proyciet te in æternum.* Audi me, fili mi, Salomon: nolim te ignorare, quæ ſit diuina conditio: *Scito Deum patris tui* qualis ſit. Noueris quòd apertos & firmatos habeat oculos ſuos ſuper cor tuum, ipſe attentiſsimé rimatur cordis intima, tuas cogitationes, diſpoſitiones, deſideria, machinationes: *Omnia corda ſcrutatur Dominus,* &c. En tibi noſtri diſcurſus exordium: *Poſui oculum ſuper corda eorum.* Non hoc te lateat, fili mi, quale namque fuerit illi cor tuum, tale & tibi erit cor Dei: & ſicut Dei reſponderis petitionibus, reſpondebit & tuis: ea namque mente ſuas proponit vt tuis viam aperiat, & ad hoc petit, vt tibi largiatur. Illæ Dei ſunt inuentiones, hoc modo tecum agit; quia petit à te, vt tibi largiatur. Habet filiolus tuus pomum ſeu bellarium in manu, cui tu: da mihi, vita mea, pomum hoc. Ad quid illud efflagitas? Num quia tibi deeſt, aut vt illud comedas? nequaquam, quinimo quando manum extendit, & brachium attollit vt tibi porrigat, illud recuſas, ſed vt amorem eius expertus, dando tibi quod ſibi adeo gratum erat, mille puero rependeres oſcula, mille amplexus, imo quidquid habueris Hoc modo nobiſcum agit Deus, & ea à nobis petit intentione.

XVI. Similitudo.

Quis videat Eliezer œconomum Abrahæ patriarchę, in terram proficiſcentem Meſopotamiæ, quæſiturum vxorem Iſaac filio Domini ſui dilecto & omnium heredi facultatum? Illum Abraham delegat, ac præcipit: Volo Filio meo vxorem prouidere, ſed nullam expeto gentis Chananæorum: eſt etenim perfida, adeoque maledicta, nec filio meo deſidero ſociam quę virum peruertat, & ſit eius occaſio perditionis. Vade ad terram Meſopotamiæ Syrię, & illam quære, quę filio meo digna ſit ſponſa, & vt familiæ meæ ſit domina, Deo confide, ille tibi congruam procurabit. Iter arripit Eliezer, multos ſecum in comitatu trahens camelos ciſtis oneratos, diuitijs auro gemmiſque repletis: accedit Meſopotamiā & Domini ſui meritis innixus, ſic ait: ſit Deus benedictus, iam ad terram appuli, ex qua mihi conuenit vxorem eligere filio Domini mei, & hoc Dei futurum eſt opus; quā igitur ratione cognoſcam, quænam digna tantæ ſit futura celſitudini, & quænam illa, quam mihi ad hoc Deus prouidebit? Sit eo modo: ad fontem hunc accedam, & puella quæ prior aduenerit & à qua potum petiero: illa vero reſponderit: *Bibe Domine, quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac,* vt ſit tantæ familiæ domina; huic hęc monilia, huic gēmas illas tradam pretioſiſſimas, hanc abducam vxorem filio Domini mei. Propius igitur ad puteum accedit & ſiſtit. Poſt puſillū à lōge venientē conſpicit Rebeccā elegāti formā ſpectabilē, hydriā in ſcapulis deferentē; hanc tacitus contēplabatur de puteo aquā haurientem, & ait: Domina mea inueniam gratiā corā te; oppidò laſſus ſum potum mihi de puteo propinare digneris, ignoſce, ſi moleſtus ſum: Reſpondit iſta: fecero libentiſsimé, nedum tibi, ſed & camelis tuis, vt bibant aquam hauriam promptiſsima. Confeſtim arcas recludit Eliezer diuitias promit & gemmas, quas magnā illi copiā refundit liberalis. Gen. c. 24. 14.

Dic mihi, precor, Eliezer, vt quid aquā ab hac puella popoſciſti? Nūquid tibi aut illicitū aut impoſsibile illā haurire, cū tibi vaſa ad promēdū ſat multa ſuppeterent? Non illam expopoſci, reſpondet, vt illā mihi daret, ſed vt illa illā mihi ex amore, & libēti animo propināte, certò cognoſcerē hanc ipſā eſſe mihi à Deo præordinatā, illique monilia & inaures, quas attuli, refūderē, nec nō dominā domus illius crearem, quā mūdus ignorat illuſtriorē, ſcilicet Abrahę. In hunc finē popoſcit, & poſcit à te Deus, chariſsime, non quod eius indigeat, quod illi poſsis elargiri, ſed vt ſeipſū tibi refundat. Qua intētione petit in paupere eleemoſynam, niſi vt tibi miſericordię ſuę donorūque rependat eleemoſynā? Quo fine rogat, vt tuum in Deum dirigas intellectum? Illo

XVII. Cur à Rebecca Eliezer aquam repoſcat.

XVIII. Cor Deus â nobis petat.

Deus

Deus indiget, vt luce repleat ſupernaturali. Quo petit animo cor tuum ac volũtatem? quid Deum cum illa facturum opinaris? Vt illam ſuâ repleat gratiâ, ditetque miſericordiâ. Quâ meme flagitat lachrimas? vt illis animam bene lotam tibi refundat: & eo fine ab hac poſtulat muliere putei aquam, vt illi æternæ vitæ aquas hauriat ſuauiſſimas.

§. 21. Da mihi bibere. *Magna Deus operatur per aquas, in aquis, & circa aquas, quas etiam petit.*

☞ 61 CIrca puteum ſuum diuinus ille ſponſus præſtolatur amaſiam, & omnium primum, aquas poſtulat: *Da mihi bibere.* Magna poſſumus ſperare myſteria. Librum edidit antiquus ille pariter & doctus Tertullianus contra. Quintillam omnino mirabilem, quæ cum mulier eſſet, inter hæreſum monſtra, quæ mundus execratus eſt, cenſetur eſſe non minimum. Magnam (vt diximus) habet mulier in

I. Quintilla hæreſiarcha.

viros poteſtatem vt eos in ſuam pelliciat maleſuada voluntatem, præſertim ſi mulier ſit, vt pulchritudine, ita dignitate ſpectabilis. Si huic addatur, quod verſipellis ſit ſagax, eloquens, diabolica, adulatoria, quid non efficiet? Pernicioſa fuit cum primis Quintilla ſicut & Priſcilla. Hanc inter alias, tuebatur hæreſim ſibi primariam, quòd baptiſmum conaretur vt inutilem extirpare: vt autem hunc euerteret Tertullianus errorem, cœpit expendere mirabilia, quæ Deus peregit in aquis, & per aquas, & ad eius exemplum idem fecit D. Hieronymus in eundem collimans ſcopum. Quis fando explicet (inquit D. Hieronymus) quæ Deus ab ipſius orbis incunabulis patrauit in aquis, de aquis, per aquas, & circa aquas. *De ſchola Rhetorum aquarum laudes prædicemus.* Quando nec Sol, nec Luna, nec ſtellæ lucebant, horrendis omnia tenebris inuoluebantur: *Solus Spiritus Deus in aurigæ modum ſuper aquas ferebatur, & naſcentem mundum in figura baptiſmi parturiebat.* Per aquas & de aquis videtur mundus productus. Ex aquis omnia Deus eduxit, ſic enim nobis proponitur in mundi primordio Spiritus ille diuinus ſuper aquas velut auis ouis incubans: *Spiritus Dei incubabat ſuper aquas,* legit textus Hebraicus, indicans, quòd illæ materia eſſent, de qua Deus totum educere diſponebat vniuerſum. Ipſe ſuper aquas incedens ſic agebat vt tanta tantaque naſcerentur: *Inter cœlum & terram extenditur firmamentum, & iuxta Hebraici ſermonis etymologiam, cœlum id eſt Samaim ex aquis ſortitur vocabulum.* Reatinus Doctor egregius *Samaim (inquit) ibi aquæ, nam Maim aquæ vocantur, ſic firmamentum vocant Hebræi aquas, quæ ſuper cœlos ſunt Cryſtallinum cœlum nunc vocant Theologi.* Nec diſplicet hæc ſententia D. Hieronymo, cum addat: *Et aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, in laudes Dei ſeparantur. Cœlum eſt locus in quo Deus reſidet, cœlum Samaim, ibi aquæ.* Vbi aquæ ſunt, ibi reſidet Deus: etenim vbi lachrimæ ſunt, vbi veræ pœnitentiæ planctus, indubié reſidet ibi Deus.

D. HIER. Epiſt. 83. ad Ocea. Tom. 2.

II. Aquarũ myſteria admiranda. Gen. 1. 2.

Hinc videbimus in Ezechiele, cur cryſtallus, quam vidit ſupra Cherubim, illi extenta eſſe videretur: *Id eſt compactas & denſiores aquas,* & aquæ illæ ſint ſupra Cherubim: ſiquidem aquæ lachrymarum, & veræ dolor pœnitentiæ ſuperextollunt aliquos ipſis Cherubinis altiores: ſicut peccatricem Magdalenam multæ ſuæ lachrimæ, compactæ & denſiores, & non aquę, quę in ventum euaneſcunt, ad tam excelſum extulerunt locum, quo hodie gaudet, ingrediens per amorem, quò in Chriſtum flagrabat, vt ad ordinem aſcenderit Seraphinorum: *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* De aqua cœlum creauit & firmamentum, de illis aues eduxit per aëra volitantes; de ipſis & per ipſas immunditiam & intolerabilem mundi tempore Noë purgauit corruptionem. Peccat mundus: *Et ſine aquarum diluuio non purgatur.* Ex omni parte decidant aquæ de cœlo, & de terra: *Statimque columba Spiritus ſancti expulſo alite teterrimo* (nempe coruo) *Ita ad Noë quaſi ad Chriſtum in Iordane deuolat & ramo refectionis ac luminis pacem orbi annuntiat.* Congruè poſt aquas euolat columba cum ramo oliuæ & pacis, etenim poſt tales aquas, quid ſecuturum ſperabatur, niſi *Vade in pace?*

Ex illis inuictum eduxit populi ſui ducem, cui vult nomen ſit Moyſes, id eſt eductus de aquis. Illis condignam ſumit de rebelli Pharaône eiuſque exercitibus vindictam, qui caput contra Deum extollere conabantur: *Pharao cum exercitu ſuo nolens populum Dei exire de Ægypto in typo baptiſmatis ſuffocatur, vt in Pſalmis de interfectione illius deſcribitur: contribulaſti capita draconum in aquis. Tu confregiſti caput draconis.* Lachrimarum aquis caput conteritur ſatanæ: ſunt illæ, quibus cor confirmatur, quod eſt,

eſt, *quaſi mare feruens*. Multæ namque lachrimæ multa demergunt peccata: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei.* Norat autem ibidem auctor, dracones maximè aquas exhorreſcere: *Vnde & reguli & ſcorpiones arentia queque ſectantur, & poſtquam ad aquas venerint idrophobos & lymphaticos faciunt, Regulos & Baſiliſcos vocat Hieronymus, quos in Cyrenaica dicit naſci Prouincia, viſu necare, ſibilo omnes alios ſerpentes fugare, & veneni eorum vim per haſtam vſque ad ipſum hominem penetrare; nihilque illu magis aduerſari quam muſtelas Plinius auctor eſt. Lymphaticas vocant Græci νυμφόληπτος: quia ex aſpectu Nymphæ alicuius, quam quis in aquis viderit, lymphaticos fieri ſabulati ſunt.* Et omnia hæc animalia, ita ſupra modum aquas fugiunt, vt ab illis morſi tanto turbentur tremore, vt & ipſi ſicut ſerpentes vehementer aquas exhorreſcant, ab illiſque longiſſimè diffugiant,

IV.

Hoc ſpectat Chriſtus Dominus, quando in Euangelio ait: *Spiritus immundus ambulat per loca inaquoſa.* Quo timore percellit animam diabolus, quam peccati veneno infecit, quàm exhorreſcit lachrimas aquarum pœnitentiæ, ſibi contrarias? Nec aliud peccatori ſupereſt ſalutis remedium, quàm ſi ſeipſum aquis immergat pœnitentię, ſicut à ſcorpionibus venenoſis infectis vnicum hoc illis eſt aquarum remedium. Idcirco voluit Deus vt in illa probatica piſcina, quę pręclarum refert pœnitentiæ ſymbolum in hoc ęgrotantium remedium conſiſteret: *Vt qui prior deſcendiſſet in piſcinam, ſanaretur.* Quo ſignaretur infirmitatis venenoſæ peccati totale hoc eſſe remedium, ad aquas recurrere pœnitentiæ, velut ad mundi purificationem ac omnium emundationem ſpurcitiarum aquæ proderant diluuij: ſiquidem in aquis pœnitentiæ, confringit Deus noſtrorum capita peccatorum.

V. Aquæ præſidia.

Aquas populo ſuo ſtatuit pro muro: *Aqua erant eis pro muro*, dum mare rubrum pertranſirent. Per earum tranſitum ſicco veſtigio in Iordane, vult terram ingrediantur promiſsionis. Illis perterrere voluit, vt perterruit omnem illam viliſsimam fæcem Chananæorum, Phereſęorum &c. qui vt aquas viderunt Iordanis inſtar montium accreſcere, omne illis robur decreuit, factique ſunt velut trunci inualidi. In aquis vult exordium ſumat regnum Salomonis & vngatur ad fontem Gihon per manum Sadoc Sacerdotis. In aquis Siloë ſuum vult regnum prę figurari quæ cum ſilentio fluunt. Scrutare deinde, quot diuina, quot ſtupenda circa puteos & fontes opera facta reperies. Circa fontem erat Agar, quando illi Angelus apparuit, illi ſuam exponens ruinam, & quid ſibi foret agendum in ſui remedium. Puteus, quem Abraham fodit, occaſio fuit, ex qua illum agnouit Rex Abimelec, eiuſque dux militum Phicol, & amicitiæ fœdera ſanxerunt: illic nemus plantauit: congruum cenſebat locum, circa fontes, eſſe ſacrificijs. Apud puteum hanc beatam conſecuta eſt Rebecca ſortem, vt in dominam domus Abrahę eligeretur. Apud puteum elegit ſibi Iſaac locum habitandi vtpote menti ſuæ plurimum conuenientem. Rachel per aquas putei cœpit á Iacob diligi, & in vxorem flagitari. Filiæ ſacerdotis Madian apud fontem à Moyſe ab iniurijs vendicantur, & ex inde ſors illius optima cœpit ex eius cognitione prouenire. Aquæ Bethlehem ſunt illæ, quas Dauid exoptat, & illas cogitat Deo gratiſsimum offerre holocauſtum.

Gen. c. 16

Gen. c. 21

Gen. c. 24

Gen. c. 21.

Gen. c. 29

Exod. c. 2.

2. Reg. c. 23.

Quod ſi hæc ita fuerint (inquit Tertullian.) in veteri teſtamento, nouum percurre: *Nunquam ſine aqua Chriſtus.* Populus in Eccleſiam admittendus, vult piſces ſint qui de aquis & in aquis naſcantur: *Nos piſciculi ſecundum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in aqua naſcimur:* Hoc etenim indicat: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. &c.* In aquis filium Pater manifeſtat his verbis: *Hic eſt filius meus dilectus.* ſuper aquas aperiuntur cœli, & in illis Chriſtum D. Ioannes Baptiſta, cognoſcit, reuelat, mundoque digito demonſtrat. In aquis ad nuptias primum dedit ſuæ diuinitatis argumentum, & miraculum, quod in illis patrauit, omnium, quæ facturus erat, voluit eſſe primicerium; Per aquas inſtruxit Nicodemum, docens, eſſe neceſſarium, hominem per aquas regenerari. Aquas promiſit ad ſe accedentibus. Publicè declarat aquæ calicem, debitè propinatum, cœlo comparari. Super aquas graditur, in ſuæ confirmationem poteſtatis. In illis Petrum, ne mergatur, ſuſtentat. Per aquas nauigat, vndas ſedat tempeſtatis, & Dei filius acclamatur. Per aquas inchoat ſuæ myſteria paſsionis, pedes ſuis lauando diſcipulis, & illis vult manus ſuas abluat iudex Pilatus, ante ſententiæ pronuntiationem, in ſuæ proteſtationem innocentiæ, denique in aquis imponit vltimam vitæ cataſtrophen, cum ipſo expirante, & latere eius lanceâ percuſſo: *Continuo exiuit ſanguis & aqua. Igitur nunquam ſine aqua Chriſtus.*

62 Tertulliá

VI. Aquę myſteria in lege noua.

Ioan. c. 3.

5. Matt. c. 3. 17.

Ioan. c. 1.

Ioan. c. 2.

Ioan. c. 3.

Ioan. c. 7

Matt. c. 10.

Marc. 6.

Matt. c. 14.

Matt. c. 8

Matt. c. 27.

Ioan. c. 19 34.

Illum modo contemplare, ad puteum accur-

rit,ſuper eo ſe inclinat, requieſcit, ibi mulierem præſtolatur Samaritanam. Aquas petendo ſuum cum illa negotium orditur, aquas ab illa depoſcit, aquas illi promittit, de aquis confabulatio eſt & primum hoc omnium illi proponit: *Da mihi bibere.* Eximijs ſcatent aquæ myſterijs; & nullam habent difficultatem, quoniam in illis noſtra cõprehenditur ſaluatio: quia noſtrę principium ſaluationis, aquæ ſunt baptiſmatis, etenim per hoc in filios regeneramur Dei, veterem in aquis Adam demergentes; Noſtrum, dum peccamus, remedium patet in aquis lachrimarum, pœnitentiæ, contritionis. Illas poſtulat Chriſtus, illæ ſunt, quæ noſtro loquendi modo illum refrigerant, recreant, & ardentiſſima ſiti ſolantur æſtuantem, ſicut calix frigidæ ſitientem. Num mortalium inhoneſtiſſime, à tuis vis emundari ſpurcitijs! *Da mihi bibere.* Num à tuis ſitis honorum ſitientiſſime peccatis abſolui? *Da mihi bibere.* Meamne deſideras gratiam? *Da mihi bibere.* Meane tibi placet gloria? *Da mihi bibere.*

§. 22. Quomodo tu *&c. Expoſcit Chriſtus facilia, vt aquam, nec illi damus, expoſcit diabolus grauiſſima. ſed & illa diabolo offerimus,*

63 SAluatoris audit mulier impudica petitionem illa moroſa, faſtidioſa, & ſublatis ad palmum ſuperba ſupercilijs, cognoſcens ex habitu, & loquela (teſtatur D. Chryſoſtomus) quòd Chriſtus Iudæus eſſet, in hunc modum illi reſpondet: *Quomodo tu Iudeus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana non enim contuntur Iudæi Samaritanis.* Iudæi Samaritanis in materia religionis hoſtes erant infenſiſſimi, ſicut modo nos hæreticis. Iudæi credebant & verè quidem, quòd in verâ viuerent fide, quòd ſua ſacrificia, vera Dei ſacrificia & templum, veri Dei templum eſſet, quòdque apud illos cultus Dei vigeret legitimus: Samaritani verò varijs inuoluerentur erroribus, omneſque indubiè damnarétur. Ex oppoſito Samaritani, Iudæos omnes credebant à vera Dei religione aberrare, & de his omnibus ſaluari poſſe neminem, & quod ipſi vera fide fulgerent, vera Deum colerent religione, vnde velut in hoc inimici: *Non contebantur Iudæi Samaritanis.* Perditionem exiſtimabant Samaritani, cum Iudæis quidquam habere commune, quacumque ex cauſa; quocirca dum Chriſtus aliquando per Samariam tranſit, illum ciuitate excluſerunt eo quod noſcerent, quòd Hieruſalem tenderet, eſſetque religione Iudæus. Iudæi ſimiliter abominabile habebant, & execrandum cum Samaritanis negotiari, quinimo & illos tangere, illos alloqui.

I. Iudæi Samaritanis inimici.

Luc. 9.

Hinc mulier occaſionem ſumpſit reſpondendi, non ſolum, non illi dando, quod petebat, ſed inſuper & illum ob petitam aquã reprehendẽdo: q. d. An tu ignoras Iudæos non couti Samaritanis, & penitus indecorum eſſe, vnum ab altero requirere quidpiam? *Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana?* Frigus contemplare oppoſita acie ſoli repugnare. Incrudeſcit prœlium, & hoc Deus cor conatur emollire. Emittit Sol diuinus radium non leuem amoroſæ petitionis, humilis & piæ, quæ etiam rupem poſſet ad compaſſionem mouere duriſſimam. Illum cordis gelu repercutit frigore ſtrictiſſimo, quod ore emittit: non enim tantum negat id, quod petit ſed & inſuper rogantem acriter reprehendit, & inimicitiam profert, quam vult immortalem conſeruare. q. d. ſi tu delinquas in eo, quòd Iudæi legis obſeruantiſſimi intactum cuſtodiunt, nempe quòd muliere coutaris Samaritana, non ego adeo nequam vt in eo deficiam, quod Samaritanorum cuſtodiunt obſeruantiſsimi ſcilicet, nec boni quidquam nec mali, communicare Iudæis, O gelu! ô frigus! Optimè hic quadrat illud pſalmiſtæ *Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas, ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?* gelu ore ſuo euibrat durum adeo, vt cryſtallum eſſe dixeris; frigidum adeo, vt non ſit qui ſibi de hoc caueat incolumis. Non poteſt accuratiùs Chriſti manſuetudo, & mulieris durities iſta denotari.

II. Aſper reſponſio Chriſto mulieris.

Pſal. 147.

Quid ab illa depoſcit Chriſtus? id, quo nihil in mundo datu facilius? Dicito precor, quid alicui poteſt eſſe leuius ad fontem adſtanti, & aquã haurienti quam ſorbillum alteri propinare? ſi panem peteret, aut vinum, aut procul à fonte abeſſet, & rogaret vt domum rediret aquã hauſtura, ſicut Elias à Sareptana depoſcebat; ſi ab illa peteret, vt in domum ſuam illum reciperet, & hoſpitium illi pararet; attamen pauxillam aquæ, cum iam proxima puteo conſiſteret? *Quæ facilia ſunt petit Deus, & deſiderio* flagrat recipiendi. Rationem dat Theodoretus in illud: *Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocaſta &c. Quod ſi altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus.* Voluit Tam

III. Facilia petit Deus.

Exod. 24.

Deus

" Deus facilia reddere ſacrificia, idcirco præcipit altaria de inſectis, & rudioribus conſtrui lapidibus, vt minori negotio poſſent frequentare ſacrificia: *Ideo altaria petijt, quod facile poſsēt erigi.* "

IV. Athenienſes execrantur aquam dare recuſantes.

Narrat Cœlius Rodiginus, de Athenienſibus, quòd annis ſingulis actum facerent Anathematis ſeu execrationis, vt modo ſummus Pontifex feriâ quintâ in cœna Domini, quoſdam primæ notæ peccatores excommunicans Anathema illis imprecabantur, qui petentibus aliquid ſine vllo vel labore vel difficultate vel damno factu poſsibile, renuebant: ſicut ſi qui candelam haberet accenſam, accedentem alterum, vt lumen accipiat torue repelleret: ſicut ſi te hanc obābulante plateam, quis à te quæreret, quo tendatur ad forum, & nolles illi hoc indicare: quia ſignū, eſt hoc, dicebāt illi, mentis peruerſæ, & inhumanæ, & hunc ponebant in capite libri caſum, ſi quis aquæ ſorbilium petierit ab eo qui illam habet ad manum, & eam dare recuſarit. Hinc illud eſt quòd narrat Macrobius, quòd Romæ nullam ad ſacrificia Herculis fœminam admitterent: eo quod ipſi Italiam tranſeunti & ſiti nimia langucnti, mulier aquæ calicem poſcenti inhumana denegari. Olim amicus ille Iob grauem exaggerans ſęuitiam ſic ait: quid plura quæritis, & quò dura poteſt aſcendere altiùs inhumanitas? *Aquam laſſo non dediſti.*

V. Ea de cauſa mulieres ab Herculis arcentur ſacrificijs.

Iob c. 22. 7.

Mirare mulieris inhumanitatem, frigus pectoris, cordiſque duritiem. Hic obſtupeſce Chriſti Dei bonitatem, qui à te non efflagitat, niſi quod illi tam facilè potes erogare, velut aquæ calicem, & tuam execrare duritiem quod etiam tantillum illi renuas ingratus erogare. Prope prodigium eſt videre, quidnam ab hominibus petat diabolus, & quam animo libenti, ac diligēti illud ipſi concedant homines; & perpendere quàm facilia ſint, quàm ſuauia, quæ Deus poſtulat, & quàm illi hæc abſolutè denegentur: Quid petit Diabolus? quotidie petit id, quod vel ſemel tantum Deus ab amico ſibi chariſsimo popoſcit: & ipſe cum effectu poſtulat, cum Deus hoc non niſi ad probandum poſtularit.

☞ 64 VI. Abrahā à Deo vt fideliſsimus amicus commēdatur.

Omnium difficillimum quod Deus à mundi creatione poſtulauit, vt diximus, illud fuit, quòd ab Abraham vnicum rogauerit ſibi filium immolari: & hoc ſemel in vita, vt totus orbis teſtaretur, quòd amicum haberet ſibi adeo conſtātē, probatæque fidei, vt licet ab eo peteret quod erat illi maximè pretioſum, ſcilicet vnicū filiū, illū traderet, ſuiſq; manibus pater ipſe iugularet: hoc etenim eſt quod, vt paulò ante diximus, innuit Apoſtolus: *Accepit eum in parabolam.* Quando mentio fiebat de amicis ſeruiſque fideliſsimis ilico proferebat Deus ad lucem Abraham, vt amicitiæ, fidelitatiſque integerrimæ prototypon, & nihilominus ſola mentis illi ſufficiebat demonſtratio: quā tantopere prædicauit vt illi deeſſe videantur verba, quibus quàm hoc ſibi placeret, exponat: *Quia feciſti hanc rem:* Quam rem? Nullum eſt nomen, quod rei huius accuratè meritum exprimat & excellentiam. vnde: *Per me metipſum iuraui, quia feciſti hanc rem.*

Hebr. c. 11. 19.

Gen. c. 22. 16.

Hoc quod Deus vel ſemel in vita ſolummodo requiſiuit, & ab amico ſibi coniunctiſsimo, & quidē nō ſecuto effectu, hoc quotidie à ſuis poſtulat ſeruis diabolus, vt oſtendat, ſi Deus vnum, ipſe mille habeat: & ſi Deo ipſa petitio ſuffecerit, ille quærat effectū & quod ſibi promptiſsimè opere ipſo famulentur. Et hæc erat illius quotidiana petitio. Perpendit Genebrardus quàm ſit illa diabolo familiaris frequenſq; petitio, & quā ſupra modū promptè illi obedirent Chananæi, Pherezæi, Iebuſæi, omneſq; illæ barbaræ nationes terræ promiſsionis incolæ, qui his ſingulis prope diebus occupabantur: qua de cauſa Spiritus S. illos inſcribit, filiorum necatores: *Per ſacrificia iniuſta filiorum ſuorum necatores.* nedum illi, ſed & Dei populus eadem offerebat ſacrificia; nec tantum homines plebei, ſed ipſi Reges quorum filios dæmon expoſcebat eique litabantur. Hoc etenim de Rege ſcribitur Manaſſe: *Traduxit filium ſuum per ignem.* Idem Rex Achaz fecerat: *Conſecrauit filiū ſuum transferens per ignem ſecundū idola gentium.* Quis dein explicet quàm hoc commune fuerit! Carthagine certo anni die Deo Saturno idolo trecenti pueri conſecrabantur. In figura Dei Iouis apud Latinos quotannis illi decimæ puerorum offerebantur, qui ea in regione naſcebantur: quia verò hoc vel ſemel tantum intermiſerunt, ſe graui crediderunt fame caſtigari. Quinimo ad noſtra vſque tempora in Indijs nouiter inuētis, conſtat, quòd in ſola vrbe Mexico quotannis offerrentur diabolo viginti millia cordium puerorum ac puellarū, quod & ipſi infernali malitiæ eſſe quis dixerit impoſsibile. Cū videret diabolus primogenitum elegantiori forma parentibus grapiſsimum, illum ſibi depoſcebat, quem ilico nullâ interiectâ remorâ ſummô gaudiô diabolo ſacrificabant; Cuius & tanta erat immanitas & humani ſanguinis ſitis inextinguibilis, vt in Dei populo idolū erexerit Moloch ex ære cōcauū ac

*In Pſal. 105. 37. ad illud. Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs.*

VII Quam dura requirat diabolus.

Sap. c. 12. 4.

4. Reg. c. 23. 11.

4. Reg. c. 16. 3.

VIII. Varia & immania ſacrificia diabolo dicata.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac vacuum, volueritque vt in eo pueri concluderentur, & iniecto igne idolo viui cremarentur, adſtarent autem parentes, & tympana pulſarent: cùm vt puerorum non audirentur vlulatus ac gemitus, tum vt alacrem oſtenderent animum ſuum, quò diaboli præcepta perficiebant; & eo modo ſuas luſtrarunt per ignem filios Manaſſes & Achaz reges Iudæorum. Talia ab hominibus requirebat diabolus, qui nihil replicantes hæc animo exequebantur promptiori, illumque cæteris habebant beatiorem, à quo plura his ſimilia diabolus expetebat.

Hinc liquidò conſtat, quàm firmiter ſuam habeat confirmatam diabolus intentionem, ſe nempe innumeros habere amicos fideliſsimos, ſibique in rebus tam arduis obſequentiſsimos. Si tantum ſibi Deus applauſerit ob vnicum amicum, ſeruumque ſibi fideliſſimum, vt ob hoc voluerit, toti innoteſceret mundo, quàm conſtantem verumq; in mundo haberet ſibi amicum, ipſe diabolus cum tot habeat qui nedum in ſola animi quieſcant præparatione, ſed operibus exequuntur, quã ſibi præ Deo non gratulabitur?

X. Diabolus plures habet & fideliores ſeruos quã Deus.

Ex his diſce, requiri à diabolo moleſtiſſima, cui ad nutum mortales obediunt, & licet à paupere requirat tunicam, quã nullam habet pretioſioré, maxima continuo tradit illi voluptate. Quid tibi præcipit impuriſſime ſcortator, ſic vt tibi nec teruncium relinquat reſiduum? quibus te periculis, curis, anxietatibus, noctibus inquietis, impenſiſque exponit? Quid à vindictæ flagrantiſſimo requirit, niſi vt œſtro viuat furioſo percitus, immenſis diſpendijs, corporis animæque turbatus periculis, in omnibus ſemper inquietus? Ab honorum ardelione quid efflagitat, quas ſollicitudines, quos reſpectus, quas correſpondentias, quantamque patientiam? Et omnia confeſtim vultuque arridente perficiuntur.

☞ 65. In c. 32. Exod.

Notat Epiſcopus Lipoma, quod in Hebræo illud: *Fecit populus*, certo dicatur modo formaque coniugationis, quæ ſignificat agere non taliter aut qualiter, ſed animo promptiſſimo, ac vlnis obuijs, erogando comica fronte ſua monilia, licet ſcirent quod numquam aliquid ex ijs eſſent recepturi; proinde ſic ex Hebræo dicendum: *Magno & prompto animo fecerunt, & compleuerunt, vt ſepararent ab auribus ſuis, vt illa amplius non haberent.* Si & nunc cõſideraremus, quàm ſeriò quàm anxiè quàm liberaliter mundo deferas ab eo poſtulata. De his eleganter diſcurrit D. Chryſoſtomus, noſtram ſupponit miſeriam, quã populum vt Dominum

LIPOMAN.

X. Plebis iudicio

reuerẽtur, cuius voces magna percipimus attentione, auſcultantes quę dicat, quid bonũ malũue cenſeat, & vt eius, ſatisfacias petitioni, quã diligentiâ laboribus, ſumptibus, opibus, & accurras incommodis? Domine, ne mihi quis in faciem obijciat, quòd ſim terræ filius, vecors imbellis animi. Domine, quia dicunt: quod vir vt mundi venetur gloriam tali oporteat eum & tali veſtimento circumire indutum, tot ſtipari ſeruis. Mulier quò dicatur elegantior, hoc cultu illoque debet adornari, & quàm gratãter accurris, quàm ad amuſſim omnia perficis, tibi à viliſſimo illo Domino mãdata, vt nec vlla deſit acicula. Verba nefas eſt ſilere D. Chryſoſtomi: *Dominus noſter, eſt populus, & multa turba, ſeruus eſt Dominus & immanis tyrannus, neque enim opus eſt, vt mandata à nobis audiantur ſed ſatis eſt tantum vt ſciamus quid velit. & abſque vllo mandato cedimus tanta eſt noſtra in eum beneuolentia.*

Perpendo quem habeas Dominum, mundum turbatum, multorum capitum animal, populum irretionalem, cui tam impigrè obtemperas, cuiuſque mandata exequeris, vt ne verbum audeas muſsitare, aut in minimo deficere, ne tibi quis improperet quòd ea quę tuum condecent ſtatum non facias: Nec neceſſe eſt (inquit S. Doctor) quòd hoc à te requirat, aut tibi dicat, ſed ſufficit te ſuſpicari, id quod dicit, aut à te depoſcit: *Turba multa incompoſita, & incondita, & quæ eſt velut quædam fœx, aut quiſquiliæ, ne mandato quidem opus habet ſed ſufficit ſolum oſtendere, quænam ei placeant, & ſtatim in omnibus obedimus.* Attende ergo, qualiter te cum Deo habeas, quid à te requirat, quàm ſeriò quàm eminẽtibus promiſsis alliciat, & quàm tibi facilia pręcipiat? Aquę calicem rogat Deus, fruſtum panis, obſoletam tunicam, vnicam pectoris tunſionem, vnã confeſsionem, vt viuas quaſi homo, vt domi tuę viuas tranquillus; facilia placentia, ſed nec illa adimplemus, illa Deo dare remoramur: *Præceptum quod ego præcipio* (Deum audi loquẽtem) *non eſt ſupra te neque procul poſitum nec in cœlo ſitum vt poſsis dicere quis noſtrum valet ad cœlum aſcendere?* Non tibi præcepi cœli conſcenſum, non maris abyſſorum ingreſſum, non ad nubes volatũ, ſed idquod maxima potes facere facilitate: *Prope eſt verbũ in ore tuo & in corde tuo.* Quod habes ad manũ, & nullius eſt operæ.

Quàm ciuiliter rogauit ab Achimelec Dauid dũ fame deficiens ſic ait: *Nunc ergo ſi quid habes ad manũ, vel quinque panes da mihi aut quidquid inueneris.* & quia iner mis [sic] aduenerat, petiit:

Si Dauid,

*Si habes hic ad manũ haſtam, aut gladium; quia*
quæ ſunt. *gladium; & arma mea non tuli mecum.* Quàm
ad manũ. breues petitiones, ſi habes ad manum, fragmen
1. Reg. 2. panis, aut gladium, aut haſtam. Non petit à te
21. 9. Deus, niſi, *Si quid habes ad manum.* Diues epu-
lo, qui ad menſam recumbis opiparam, vbi ne-
dum panes, ſed & aues & fercula & delicię abun-
dant, quas hinc inde diſpertis; ex his quę habes
*ad manum* da mihi, poſtulat Deus, in famelico:
Diuitiarum helluo, qui ſaccos auro & argento
oppletos excutis & euoluis, ex his quæ habes *ad*
*manum* ſuccurre mihi in orphanis, & viduis in-
digentibus Hoc petit Deus, & cum tam huma-
næ ſint eius petitiones, illas Deo inhumani recu-
ſamus. Hinc intellige, quàm meritò nobis Deus
indignetur: quia eius non annuimus ingrati
poſtulatis.

Ex his declarat D. Auguſtinus illã difficulta-
tem, quàm ſæpius enodauimus, extremum videri
rigorẽ, quò Deus primęuos noſtros parẽtes, noſ-
que eorum multauit filios, quos ob eſum pomi,
morte adeo graui puniuit, nedũ in ſeipſis, ſed in
omnibus ex ipſis in mundo naſcituris. Si nãque
pœnę grauitas, culpę debet reſpondere grauitati
quod pomi tantũ pondus? quid hoc Deo tanti
XIII. referebat? Apud nos illa Regis haberetur inaudi-
Simili- ta crudelitas, ſe quempiã ob amygdali contactũ
tude. iuberet affigi patibulo, & inhumanior, ſi ea de
cauſa, filios quoque omnes præciperet iugulari.
Si homo prætendiſſet cum Lucifero, ſuper aſtra
Dei cõſcendere, Deoque expulſo eius thronum
occupare vel id quòd Nemroth, cæterique ſu-
perbi gigantes, turris Babylonis ędificatores, quã
XIV. cœlos penetrarent, & collaris viribus Deum ex-
Quò res pignarent, cœloque deturbarent: at ob vnicum
præcepta pomum? quis credat? Nota, monet D. Auguſt.
minor quòd quò rem minorẽ facis, quàm patres noſtri
fuit, eò cõmiſerunt, eò maiorem facis eorum culpam, Si
grauior namque Deus rem ab illis exegiſſet arduã, ope-
fuit & roſã, vel vt vitã ſuã ac ſalutẽ exponerẽt diſcri-
culpa. mini; vel quod magno illis conſtaret labore, nõ
multũ fuiſſe videretur, illud domini præceptum
nõ impleuiſſe; ſed cũ illos creaſſet & tantis tam-
que eminẽtib9 honoraſſet donis, totius vniuerſi
dominio ſublimaſſet, ab illis autẽ hoc tantũ mo-
do flagitarẽt, vt in ſignum ſubjectionis & obe-
dientiæ, vnicã ſolã illi dimitterent arborẽ, alias
habentes millenas, & inter illas arborem vitæ,
qua poſſent illã conſeruare perpetuam? quòd nõ
voluerint manum earum alicui adijcere, niſi illi
ſolummodo, quam ne tangerent. Deus ab illis
poſtulauerat: hæc fuit eorum culpa, tantò
grauior, quantò illis erat facilius Deo in hoc
obedire, quod ab illis petierat; ſimul & dia-
bolo in hoc obſecuti, quod ab illis rogauerat:
cum ita eſſet, quòd in eo perderent vitam ſuam,
animam, & paradiſum, cuius erant ſtatuti poſ-
ſeſſores, omnium ſuorum bene eſſe liberorum,
ac pœnas incurrerent æternas. Ex eadem quo- „
que ratione iuſtam capias Des commotionem, „
meritamque diuitis epulonis condemnatio- „
nem: non enim ab illo Deus in mendico La- „
zaro petebat aliud, niſi quod ille tam faci- „
lè poterat elargiri, vt erant micæ de menſa de- „
cidentes.

Et hæc tua eſt ò Christiane, non parua culpa ☞ 66
nolle Deo quod à te flagitat, concedere, tantò- XV.
que grauior, quantò tibi, quod petit, eſt datu fa- Chriſtia-
cilius. Si omnem à te requireret ipſe ſubſtan- ni inhu-
tiam, tu verò Lazaro mendicior ingens fieres, manitas.
ſi vt nudior paxillo viueres, quo nudos tuis ope-
rires veſtimentis, ſi vt tibi repetitis humeros
aperires diſciplinis; ſi vt alas conquireres, qui-
bus ſidera ſcanderes; ſed nihil aliud à te requi-
rit, niſi: *Si quid habes ad manum.* Nihilomi-
nus eius repellis inciuilis petitionem, vt mu-
lier hæc, à qua cum aquam peteret, quam ad ma-
nũ habebat, nec illi deeſſe poterat adſtãti puteo,
paſſus eſt repulſã, inſuper & probroſè reiect9 hãc
calũniã: *Quomodo tu Iudæus cum ſis &c.* Quod
eſt aliud peccatũ priori grauius; nõ enim contẽ-
ta eius petitionẽ abiectè repuliſſe, inſuper & vi-
tę ac perſonæ Chriſti ſe facit indagatricem, quę
acriter reprehendit quòd quæ muneris ſui ſunt,
non faciat hominem accuſat nullius conſcien-
tiæ, qui Iudæus cum eſſet & faceret Iudæis illici
ta, couteretur ſcilicet, quod nefas erat, Samari- XVI.
tanis. Et hoc eſt plurimorum non leue peccatũ, Mulier
qui præterquam quòd eleemoſynam negent Chriſti
pauperibus, inſuper & de eorum inquirunt vita vitam in-
ad nauſeam curioſi, quibus non ſufficit negare quirit.
eleemoſynam, ipſos etiam contemptim abij-
ciunt iniurias obijcientes, afficientes contume-
liã, & ob petitam arguentes eleemoſynam:
ita exprobrant: *Quomodo tu?* Cuias es tu?
quis te huc adduxit? Vnde te hic habemus?
Tu, qui mihi dare debuiſſes: tu, qui corporis XVII.
robore fortis, & ſanus vales operari? æquum Inquiſi-
eſſet, tu cum tuis in tua maneres regione, tu tores vitę
labore manuum tuis ſubuenires parentibus pauperũ.
&c. Scelus, vt nullum magis execrandum, vt *Tract.* 1.
eleganter doctèque ponderat D. Chryſoſtomus *num* 32
& nos retulimus: notat autem hoc ſingulariter, *& ſeqq.*
quod numquam Abraham Angelos hoſpitio
re-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nec per hoc dignus fuiſſet tot Dei beneficijs doniſque recipiendis, ſi curioſè nimis de peregrinis aduentantibus inquiſiſſet, vnde veniſſent, quinam eſſent, quò tenderent, num laborando forent idonei, vel ex mendicato viuere debuiſſent?

XVIII. Pulchrâ alluſio ad vocẽ Iudæus

Attamen ô mulier, quæ, cum adeo ſis ab huius Domini remota cognitione tam propè nihilominus tuis verbis ad illam accedis, vt omiſſâ tantummodo vnâ ſyllabâ, verteretur tua interrogatio in tantam eius tuæque perſonæ confeſſionem, vt facere non poſſes altiorem: ſi quando dixiſti: *Quomodo tu Iudæus cum ſis*: illas duas omitteres litteras Iu, & diceres: *Quomodo tu Deus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana: non enim coutuntur.* Quis credat hoc, Domine quod cum Deus tu ſis, fons vitæ, per hæc arentia Samariæ perambules adeo ſiti exhauſtus, vt teipſum eo vſque deijcias, vt potũ poſtules à muliere laſciua, quæſtuaria, lupa Samaritana? Quid fonti gloriæ cum ſiti? quid cœli primogenito cum muliere terræ abiectiſsima? *Quæ conuentio Lucis ad tenebras, Chriſti ad Belial? Non enim coutuntur.* Fierine poteſt vt Princeps æternitatis, tanto mulierem aquariam, vile ſcortum amore complectatur, vt illo quaſi ſuperatus ab hac ſitis ardentiſsimæ ſubſidium humilis expoſtulet? *Quomodo tu Deus cum ſis &c.* Hoc idem tu dicito, quotieſcumque illum videris in perſona pauperis expoſitum à te mendicantem: & dum pulſus illos percipis, quibus cor tuum excitat, vt illi potum propines lachrimarum, orationis, pœnitentię, mortificationis acceptiſſimum. Quæ te premit, ô Domine, corũ indigentia, quæ ego aut poſsim, aut habeam? *Quomodo tu Deus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana?* Licet & hic fuſius excurrere, & communem proſequi diſcurſum, quem hic plures annotarunt.

XIX. Samaritanæ ſcrupulus inuerſus.

Mulierem aduerte ſcrupuloſam, quæ ex conſcientia reprimitur dare vel ſemel aquam, imo vel verbum cum Chriſto colloqui, quod ab illa ſuppliciter expoſcit: & ſcrupulo nullo turbatur quòd præteritis impudicitijs laſciuior domi procum detineat impudentem. Perelegans fuit ille Patriarchæ Iudæ ſcrupulus: cum ad greges

XX. Similis & Iudæ patriarchæ.

tenderet, offendit in via Thamar nurum ſuam, ſibi tamen incognitam, quam inhoneſtè ambiuit, promittens illi hœdum de grege, & quàm primùm ad gregem acceſſit, hœdum ſumpſit, tradit opilioni, aitque, vade, curre velociter, illum mulieri defer in biuio ſedenti proſtitutæ non enim conuenit, vt me de mendacio redarguat: *Ne mendacij nos arguere poſſit.* Magnus ſcrupulus, ne verbo ſuo mendax deneciat, at nullus, quòd inceſtum intemperans commiſerit. Proh illi proditores, quos die Mercurij habebimus, quorum anxiatur conſcientia, ſi Chriſtum videant in terra exſpuentem, & de ſaliua lutum componentem, & nequaquam, ſi Chriſtum blaſphemo ore demordeant, odio mortali ac diabolico proſequantur. Grauis ſcrupulus, ne die feſto prætorium aſcendant Pilati, vt ſe mundos Paſchati reſeruarent, at nullus, quod falſos in Chriſtum teſtes producerent, eiuſque mortem machinarentur innocentiſſimã. Rabidâ ſuâ ac peruerſâ moti inuidiâ: at multos habent illi, habet & hęc in mundo ſectatores. Hic anxiatur ſcrupulo, quòd ſaliuam ante communionem deglutierit, & nullo turbatur, quòd iniquis ſuis contractibus pauperum deglutierit facultates. XXI. Illa contremiſcit, quòd in templo exſpuerit, nec terretur tot murmurationibus quibus ſemper in colloquijs occupatur. Illum conſcientia redarguit, quod ſtramen in terra pedibus protriuerit, quòd formam crucis præferre videbatur, nec vllum ſentit remorſum, quod impudicis ſuis cogitationibus, vitâque libidinoſâ ſanguinem conculcet Chriſti pretioſiſsimum.

§. 23. O mulier, ſi ſcires donum Dei. *Dos promittit illi Redemptor pergrata mulieribus, pariter donum declarat à Deo illi oblatum.*

QVid ages cœleſtis amaſie? numquid à propoſito languens deſiſtes? Minime: non enim ſuis Sol radijs omittit impugnare gelu de ſe quamtumlibet frigus emittens, donec illud in aquam diſſoluat. Nec Oſeas mulierem fornicationum, licet moroſa illum repellat, deſerit, ſed à Deo præceptum, audit, vt iterum & iterum redeat, nouiſque ſemper blandijs alliciat, & ſol pro intenſiore frigore caloris ſui radios eiibrat feruentiores. Sic igitur agit: audita namque hac reſponſione, graui ac modeſto illã aſpectu, verum blando intuetur, & vocem attollens, altum imo de pectore trahens ſuſpirium, illi ſic ait: O *Mulier ſi ſcires donum Dei*, & beneficium quod tibi præſtat Deus *& quis eſt* (& illũ noſſes *qui dicit tibi. Da mihi bibere, tu forſitan* (ipſa) *petiſſes ab eo, &* (ipſe) *dediſſet tibi aquam viuã. O Mulier.* Incipit cœleſtis hic animarum ſpon-

ſponſus, huius cor mulieris promiſsis alicere, donïſque ſibi attrahere terrã ſublimioribus. Iam inceperat pro Dei conſuetudine, eam aggredi petendo, vt daret: eſt autem hæc adeo terrena, vt hoc ignoret idioma, quinimo eo ipſo, quò Chriſtum audit ab ipſa petentem exhorreſcit, & elato ſupercilio in ipſum acriùs excandeſcit. Modum loquendi Chriſtus immutat, & terræ proprium aſſumit, ſcilicet promittendi, vt eam ſuæ ſubigat voluntati, duoque offert mulieri, maximè æſtimabilia fœminis ſciētiã & diuitias.

I. Duo mulieris propria, curioſitas, & cupiditas. 1. Tim. c. 3. 13. 2. Ti. c. 3. 6.

Notauit mulierum conditionem Apoſtolus, quòd duos habeant ſupra modum affectus curioſitatem & cupiditatem: *Curioſæ & quæ ducuntur varijs deſiderijs*. Primo ſunt *Curioſæ* omnia volunt videre, ſcire omnia, inquirere omnia curioſæ, idcirco, vt dicebamus, ſunt hæ, quæ præſtigijs ſtudent, & à diabolo, vt hoc & illud nouerint, miſerè decipiuntur. Huius veraciſsimũ dedit filia Iacob Dina teſtimonium, in hoc eodem loco: nam curioſitas videndi huius ciuitatis Sichar mulieres, earum elegantiam, venuſtatem, ornatum, ceruſſam, conſuetudinem, agendi modum, totam hanc ciuitatem in vltimam traxit perditionem, nec non in apertum diſcrimen domum vitamque patris ſui Iacob, fratrum ſuorum duodecim numero Patriarcharum. Secundò: *Ducuntur varijs deſiderijs*: Tantum capiunt, quantum vident, nec vllus appetituum earum terminus in optandis, ornatibus, gemmis, ſericis, polymitis, &c. vt altero die retulimus.

II. Dæmon Euam ſeducit curioſitate, & cupiditate.

Optimè diabolus hanc mulierum nouerat conditionem, qui quo primæuam perderet promiſſis ingreditur, ſpondens quod duobus illis ſatisfaceret affectibus: multa ſciendi, promiſſũ vnum vt curioſitati ſatisfaceret, & donorum ac diuitiarum, alterum vt cupiditati. Primò: præclaram offert ſapientiam, nec diuinã inferiorem, ſi de vetito fructu manducaret. Si comederis (inquit) *Aperientur oculi veſtri: eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum*. O quàm ſapientes eritis, tantò plura ſcietis quàm modo, quantò ille, qui apertos habet oculos plura videt illo, qui ipſos habet obcæcatos: *Aperientur oculi veſtri* Scietis quidquid in cordibus reuoluitur ſingulorum, quidquid in mundo fit, bonum, & malum. En quale promiſſum mulieri: *Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum*. Secundò: eximia promittit illi dona, non ipſius Deo donis inferiora: *Eritis ſicut* Dij. Diuitias obtinebitis omnes quæcumq; cœlo ſoloque continentur. Hac promiſſione

Gen. c. 3. 5.

in ſuam pellexit mulieris voluntatem, in ſui, noſtrorumque omnium damnum, æternamque perditionem. Eadem omnino praxi conatur cœleſtis ille ſponſus, factus in terris amaſius, huius ſibi mulieris pectus deuincire, in eius totiuſque ciuitatis non leue beneficium: *O mulier ſi ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſes tibi aquam viuam*. *O Mulier, ſi ſcires*. O quantam tibi infundam ſapientiam, quã videas, & cognoſcas multo plura, quam, quos hiſpani dicunt (*a*) maximè lyncei, ac in terræ profundo, ſummam cœli deteges altitudinem, Dei in carne infirma Maieſtatem, in grauiſsimis pœnis maximam Dei gloriam, in extrema paupertate immenſas cœli diuitias. Intelliges, quod nec ipſi ſapientiã primi, nec celeberrimi philoſophi potuerunt vnquam imaginari, ſed nec ipſi ſupremi Seraphini naturalis ingenij viribus comprehendere valuerunt. O mulier, quales tibi largirer diuitias, qualia conferrem dona; quibus nec ipſi pontentiſsimi Monarchæ, nec terræ principes illuſtriſsimi, nec ipſum habet cœlum pretioſiora: *Donum Dei*: Munus, quod omnes in ſe theſauros Dei complectitur. Hæc omnia oculis tuis, propono, quod ſi volueris, tantum illa veraciter à me poſtola, tibi cuncta præſtabo, & aquam viuam, cœleſtem, diuinam: *Dediſſem tibi aquam viuam*. q. d. Nouitia es, nec me loquentem intellexiſti, quando petendo exorſus ſum, Hoc noueris, nihil aliud prætendo, niſi tibi cœleſtem diuinę meæ perſonæ dare cognitionem, in qua omnes ſapientię diuinæ theſauri continentur, & mei ipſius donum, in quo omnes æternæ gloriæ diuitiæ comprehenduntur: *O mulier ſi ſcires donum Dei*. O mulier, ſi ſcires, quod tibi Deus offerat beneficium, quale donum? quod tibi propinat, dum à te petit: *Da mihi bibere*, quàm feriò, quàm ex animo illud, & optares, & poſtulares.

III. Eodem modo Chriſtus Samaritanam conuertit

(*a*) Cahori.

68

IV. Quid ſit illud donum Dei

Profundum continent hæc verba myſterium: O *Mulier ſi ſcires donum Dei*, ab ipſo tibi præſentatum; Attende, princeps inclyte, quod, quæſo, mulieri donum obtuliſti? Vſque modo, non video te feciſſe aliquid, aut vllum dixiſſe verbum aliud: quàm *Da mihi bibere*. Quod igitur donum illud, quod illi obtuliſti? Intendit Dominus cœleſtem, & profundam declarare philoſophiam, nimirum: hoc inter prima cenſeri dona, quæ tibi Deus offert, quòd aliquid à te poſtulet, & quotieſcumque tibi Deus mittit pauperem à te flagitantem eleemoſy-

nam;

nam, magnum hoc ſuæ ſit miſericordię donum, quo te cupit facere ditiorem. Ad perpendiculum hic cadit Chriſti Domini ratio, quam alte-
*Tra. 5. in 1. Cano. Ioan.* to die expendimus, & notat D. Auguſtinus qui vt probaret quod Nazarenis dixit patriotis, quòd prophetæ, vel Deus per ipſos, plura præſtarent beneficia peregrinis, quàm naturalibus, hiſtoriam expendit Eliæ, quem Deus, vt munus viduæ conferret planè diuinum, ad hoc alienigenam elegit Sidoniam, de terra gentilium, millenis viduis in Iſrael derelictis: *Multæ viduæ*
*Luc. c. 4. 25.* *erant in Iſrael in diebus Eliæ, &c. & ad nullam illarum miſſus eſt Elias niſi in Sarepta Sydoniæ ad mulierem viduam.* Conferre voluit beneficium non mediocre viduæ Sareptanæ, relictis viduis Iſraeliticis, Eliam illi deſtinando. Quid per illum mulieri miſit? Numquid ſaccos aliquot aureis, ducatiſque repletos dono dedit? Numquid magni valoris adamantem? numquid funiculum margaritarum? numquid grauia tritici onera, fami ſubſidium? Hiſtoria planè eſt diuina.

V. Cur Elias mittatur ad viduã Sydoniã.

Tota fame regio deficiebat, interibant homines, peribantque animalia. Vocat Dominus Eliam, aitque illi: Ne ſis ſollicitus, tibi nihil deerit. In deſerto vatem detinet eremitam, illum ibidem paſcit corui miniſterio, qui quotidie mane & veſperi, panes carneſque deferebat alimentum. Mirare myſterium: aue vtitur Deus voraciori, hominibus cibum auferre conſueta, vt ſeruum ſuum in deſerto ſuſtentet. Elapſis diebus decem, præcipit illi: Hinc diſcede, etenim tibi viduam præuidi, quæ te toto famis tempore excipiat opiparè. Vbinam habitat Domine? in Sarepta Sydoniæ. *Surge & vade in*
*3. Reg. 17. 9.* *Sarepta Sydoniorum & manebis ibi, præcepi enim mulieri viduæ vt paſcat te*, Quid hoc rei Domine? percunctatur D. Auguſt. *Numquid paſcen-*
*D. AVGVST. Ser 26. de verbis Dominus To. 10.* *do defecerat, quando ad viduam mittebat? Nequaquam, ſed religioſam viduam per obſequium exhibitum ſeruo ſuo benedicere diſponebat.* Proficiſcitur Elias, & appropinquans ciuitati: viduam conſpicit egredientem, & lignorum ſegmina ſtruendo igni colligentem, aduocat illam aitque: Domina, potum (amabo) tribue ſitienti, Fecero gratanter, reſpondet illa, & euro velocior currit aquæ calicem hauſtura. Siſte gradum Domina, & fruſtum panis pariter adferto fameſcenti. O ſerue Dei, mihi, credo nihil habeo in domo mea *Niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria & paululum olei in lecytho:* mihi igitur ait Propheta, ex eo fac ſubcinericium panem, illumque mihi porrige. Domine cœlorum: numquid ais, quòd eximium mulieri vis conferre beneficium, donum que ſingulare, & in eum finem prophetam mittas Eliam? Nihil video, quod ſecum Elias deferat, imo hoc ipſum, quod habet paupercula in domo ſua, poſtulat, ſibi filioque ſubſidium. In eo igitur (inquit Christus) eximium erat hoc beneficium, donumque ſingulare, quod illi Deus mittebat: hoc etenim ipſum petere, erat eximium con- VI. Petere Eliam ...
ferre beneficium: in eo namque totius domus ſuæ bonum conſiſtebat & abundantia: quia hinc proceſsit, quod illi ſua Deus bona taliter multiplicauit, vt quando cæteri, imo palatij regalis aulici fame deficiebant: domus viduæ vt fons perennis olei farinæque ſcaturiebat: *Non Elias eius ſeruus* (audi D. Aug.) *hoc neceſſarium habe-* D. Aug. Trac. *bat aliquando, cui carnem & panem per coruum mittebat, & tamen vt vidua religioſa benediceretur, mittitur ſeruus Dei, paſcitur à vidua, quem ... Deus ſecreto paſcebat* &c.

Egreditur Rex venatum habitu indutus vul- VII. Similitudo
gari, & hinc inde diſperſis ſeruis ac venatoribus, ſolus fortuito remanet, fatigatur, ſitique cruciatur; videt diuerſas caſulas operariorum, quaſdam hic, alias illic. regem eorum vnam accedere, atque refrigerium expoſtulare, magnum eſt illi conferre beneficium, etenim eo ipſo caſu, quò vult illam aſſumere vult & illam priuilegijs, doniſque nõ vulgaribus honorare. Quàm hoc tu grande duceres beneficium, ſi Rex hanc VIII. Similitudo
ingrediens ciuitatem, ex itinere fatigatus, totus ex imbre decidente madidus, veſtimenta mutare compulſus, circumcirca multis habitantibus nobilibus ac ciuibus, oculos ſuos in te ſolum dirigeret, diceretque, In domum tuam placet diuertere, & tua requiro mutatoria, tuo veſci pane, tuo vino recreari. Quis cui conferret beneficium? Non è donum crederes eſſe ſingulare? Procul dubio tibi perſuaderes, omnem bonam ſortem, integrumque honorem domum tuam ingredi, quinimo hoc ipſum in trophæum erigeres tibi, domuique tuæ præclariſsimum. Si hoc pro magno duceres, illa à terreno Rege fieri vermiculo tui ſimili, qui quantumlibet in tui poteſt gratiam facere, terram non tranſcendit, & totum eſt puluere vilius, qui à vento diſpergitur: quantum hoc erit beneficium, quòd cœlorum Rex perſonatus, carne indutus infirma, veſtitu pauper, fatigatus, ſitiens accedere dignetur ad inopem mulierem, & abiectam, refrigerium calori ſuo poſtulans, ſitque ſuauiſsimum leuamen,

men, omiſsis tot Cherubinorum, ac Seraphinorum choris, tot eminentiſsimis ſpiritibus in cœli gloria commorantibus tot amicis ſuis, magnique nominis populo in terrâ etiamnum ſuperſtite.

IX. Hoc probè nouit Zacchæus. Luc. cap. 19. 5.

Quàm hoc bene Zacchæus intellexit: quando Dominus vrbem Iericho ingrediens, inter innumeros qui ad ſpectaculum concurrerant, in illum oculos ſuos coniecit, atque: *Zacchæe feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere.* Cum publicanus eſſet, imo Princeps publicanorum, à Deo illuminatus, beneficium agnouit ſupremum, quo Dominus illum tot innumeris alijs præferebat, & totus gaudio delibutus citius præcurrit, domum aduentui Saluatoris præparaturus, & eam ingrediente Domino, bonum omne ſubſ[illegible]que, qua nulla felicior ſubintrauit: *Hodie huic domui ſalus à Deo facta eſt.*

69 Hoc tibi firmiter eſt credendum venire ad te Deum in paupere laruatum & velle, quòd tu ille ſis, qui neceſsitati, quâ in paupere premitur, ſubuenias, magnũ eſt tibi conferre beneficium, quod nec tu mereris ſed eius meræ adſcribendum eſt gratiæ, quâ te dignatur, omiſsis, aliis ſic vt nihil magis, honorare: Hoc ſibi perſuadebat pater ille credentiam, Abraham, quandoquidem pauperes videns peregrinos, illis currerit obuiã, ne bonam illam perderet ſortem ſibi timens, aut ne aliò diuerterent, quare Deum in illis cognoſcens eorum aduolutus pedibus, ſic deprecatur: *Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum* Ne ad aliud Domine diuertas hoſpitium, nec iſtâ me priues gratiâ; in domum meam, obſecro, declina. Quam tibi gratiam, quale tribuunt beneficium! Tu peregrinis præſtas gratiam illos recipiendo, lauando pedes, vitulo ſaginato recreando, & optimo domus tuę pane nutriendo. Conſiderauit: Hic aduenit Deus in iſtis perſonatus pauperibus, & ipſe eſt, quem recipio, cui cœnã debeo & refrigerium.

X. Hac intè- note in- itat A- braham peregri- nos. Gen. cap. 18. 12.

XI. Similitudo.

Quod ſi beneficium ſit illud ſingulare, quod tibi Rex confert, quando cæteris omiſſis, à te locum requirit, vt in domum tuam ſe recipiat, & in ea lautiùs excipiatur, eo quod illud quoddam ſit principium, te tuamque domum exaltandi per multa ſæcula: quantò erit eminentiùs, ſi cœli Rex ad tuam venire domum dignetur, in eaque hoſpitari? Ne tu cogitaueris, eſſe te qui hoc Deo facias, illi tribuens, quô in paupere indiget à mendicante; ipſe eſt qui hoc tibi facit, ad te recurrens, aliis ad quos poſſet confugere, derelictis.

Ne crediderisʼ (inquit D. Aug.) quotieſcumque tibi mittit Deus pauperem, efflagitantem ſuis neceſſitatibus auxilium, tibi mendicum mittat, quaſi quid ipſi deficiat, quô illi per ſe, vel per alios ſuccurrat, ſed vt tibi benedicat; ſicut nec Eliam ad viduam miſit Sareptanam, vt illum deinceps aleret quaſi Deo media nutriendo vati deeſſent: quem etenim decem aluerat diebus corui miniſterio, poterat & quanto tempore placuiſſet: & qui populo prouidit, cuius numerus ſexcenta millia virorum abſque mulieribus, ſenioribus ac pueris excedebat pane cœleſti, & terrena carne in deſerto, vbi nihil ad victum humanum aderat, poterat & ſuum alere prophetam, qua ratione; quoue medio placuiſſet. Benefacere propoſuerat viduæ, & omiſſis earum milibus, relictis diuitibus nobilibus, illam elegit quam hoc fauore dignaretur: *Religioſam viduam benedicere diſponebat per obſequium ſeruo exhibitum.*

*Serm. 26 de verbis Domini cit.*

XII. Vt tibi benefaciat, mittit Deus pauperes.

En tibi hic *Donum Dei*, quod magnus ille Dominus offert mulieri: *O mulier, ſi ſcires donum Dei.* Et ipſe eſt, qui hoc tibi offert quando te conuenit in ipſo paupere, flagitando: *Da mihi bibere.* Si hoc intelligebant magnæ fidei viri, ſicut de Abraham diximus: ſic & illi primæui fideles Eccleſiæ Corinthiani, de quibus aliàs explicatiùs diximus, dum eorum inter ſe lites expendimus, cum ſinguli contenderent accedentem pauperem, quis eorum in domum ſuam reciperet, exciperet, lautèque recrearet. Eodem modo illam notat Apoſtolus, eorum exaggerans viuam fidelium fidem, à quibus cum Apoſtolus elëemoſynam peteret, in ſubſidium pauperum, qui erant Hieroſolymis, omnes inter ſe certabant, quis eorum futurus eſſet, qui magis & magis ad hoc tribueret, & quiſque ſe tantò iudicabat, eſſe beatiorem, quantò magis reciperetur, id quod ipſe largiebatur, quàm quod alter ſibi proximus.

*Tract. 4. num. 518. & ſeqq.*

XIII. Qua fide danda ſit elëemoſyna.

Sic & vos iudicare deberetis, inquit D. Chryſoſt. cuius vobis verba præſcribo: *Propterea vera elëemoſyna eſt, ſic dare vt gaudeas te dare, puteſque accipere magis quam dare. Quod ſi ſecus affectus es, neque ſic dederis, vt te putes magis recipere quam dare, non dediſti ſicut dare te oportebat* Hęc eſt, ita hęc viua fides, quam ſi vos haberetis, inter vos alter caremini, quis ex vobis reciperet peregrinũ, veſtiret nudum, puellę ſuccurreret captiuumq; redimeret, O Chriſtiane, ſi quoties accedit mendicus: *ſcires donũ Dei,* &

*D. Chr. Hom. 7. ad pom. Tom. & aliis locis cit. Tract. 2. n. 531.*

*& quis dicit tibi: da mihi bibere, tu petiiſſes ab eo, & dediſſet tibi.* Perpende illud: *Si ſcires.* Si mente beneficium illud reuolueres, quo te Deus afficit: & quis eſt, qui petit à te, quis ille pauper ingemiſcens tuis adſpectibus oblatus, niſi Deus ipſe, qui venit in illo perſonatus?

*Hom. 11. in Epiſt. ad Hebr. Ser. 14*

XIV. Quid ſit intelligere ſuper pauperē. *Pſalm. 40. 1.*

Congruè vobis proferimus illam D. Chryſoſtomi meditationem ſæpiùs repititam, & eleganter à D. Pet. Chryſol. perpenſam ad illa verba pſalterij Dauidici: *Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem.* Quid innuis? Beatus ille, qui videns accedentem pauperem, & eius vocem audiens lachrimabilem, eleëmoſynam petentis, intelligit, & vera fide cognoſcit alterum, qui ibidem adſtat, *Super egenum & pauperem,* ſcilicet Chriſtum, O te multis calculis fortunatum: ſi vocem audiendo pauperis, rogantis: *Da mihi bibere &c. Scires quis eſt, qui dicit tibi, da mihi &c.* Hæc erat virorum in hoc fides viua perfectorum, & quantùm opera quæ faciebant, eorum fidei præferebant excellentiam, tantùm eorum defectus fidem in vobis arguit mortuam aut dormitantem.

§. 24. Donum Dei. *Præclarum reputat ſponſa donum, quod illi Deus aliquem mittat, cui det: prudentius indicans quàm Oza,*

70 EX his præconium intelligo, quò dignius paranymphus cœleſtis vbera ſponſæ celebrauit. In exordio libri ſui amoris caſtiſſimi ac puriſſimi ſponſam mirificis deſcribit ſymbolis, metaphoris ac hieroglyphicis. Et in hoc proficiens, id quod modò vna laudauit phraſi, paulò poſt laudat aliâ, eſt autem hoc myſterium, quòd animam incipiat depingere ab ipſis ſuæ perfectionis initiis, cuius proſequitur augmentum, donec altiſsimam eius deſcribat perfectionem. In particulari deprędicat vbera, vt quid in ſponſa ſponſo conſiderat dignisſimum. Modò ſic illa extollit: *Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa? Pulchriora ſunt vbera tua vino.* Quibus non vulgaria continentur myſteria; verumtamen bis præſertim in fine quando deſcribit illam in altiſsimæ ſtatu perfectionis, quando dixit: *Statura tua aſſimilata eſt palmæ,* illa duobus comparat tenerrimis caprearum hinnulis: *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis.*

I. Vbera ſponſæ hinnulis comparantur. *Cant. 40. 10.*

*Cant. 7. 7 Cant. 4. 5 & 7. 2.*

Quale hoc, ô ſponſe diuiniſsime, vberum encomium? Videtur encomium ei cōtradicere, quod intendis ſignificare. Vbera non ſugunt, ſed lactant: non illa paſcuntur, ſed paſcunt. Si illa capris parientibus comparares quæ tanto lacte abundant, vt gemellos alant hinnulos, opportuna videretur comparatio, vt effuſam declarares liberalitatem, quâ pia mater Eccleſia ſuis accurrit filiolis, ſua communicat bona, paſcit eſurientem, veſtit nudum, ſuccurrit indigenti: verū quid ad rem, vt excellentem hanc efferas liberalitatem, perfectamque charitatem, vbera comparare capreolis, quę nec lactant, nec paſcunt, nec dant ſed ſugunt, ſed paſcuntur, ſed recipiunt.

Altiſsimum Sacramentum, ſummam etenim deſignat animæ perfectionem, quæ conſiſtit in Charitate perfecta: *Charitas, quod eſt vinculum perfectionis.* In hac enim optimè ſuam teſtatur perfectionem, quando ad illum aſcendit ſtatum, vt ſit ipſa nutriens alios, fundenſque lac, quòd illam lactent, recipiantque pauperes, & intelligit, quòd illa ipſa ſit quæ paſcitur, & quæ in hoc & per illud ſugit, & lac vbertim recipit cœleſtium donorum, gratiaremque puriſsimum, liliis diuiniſque floribus præſignatum. Video ſororem amicam meam paſcentem pauperes, veſtientem nudos, captiuos redimentem, pupillis fauentem, ſuccurrentem hoſpitalibus. Noueris vt verum, quòd illa ipſa ſit quæ in hoc ipſo magis recipit, & eadem ipſa eſt, quæ veriùs à diuino ſuo ſponſo, gratiis doniſque paſcitur cœleſtibus, ipſum etenim in paupere contemplatur, ſuoſque defigit oculos fide viuaciſsima. Hoc ipſa intelligit; & tu ſimiliter intelligeres, ſi tua eſſet tam viua fides, ac erat chariſsimę ſponſæ, ipſum qui à te petit, cognoſcendo: *Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi, da mihi &c. tu petiiſſes.* Ex gratia tibi indulget Deus, quando pauperem ad te deſtinat, & ore ſuo à te mendicat: non etenim ſui cauſâ mittit tibi pauperem (inquid D. Auguſt.) cum nihil eius deſit quò pauperem alat, ſed vt tibi de gratia benefaciat.

II. Declar[illegible] *Coloſſ. 3. 14.*

*Serm. 25. de verbis Domini*

Ex pręfatis colligo veſtrum loquendi modum imprudentiſsimū, quando pauperi ſuccurriſtis, dicitis: Si non ego ſuccurriſſem, actum erat de illo, perierat. Quaſi Deus pauperem tibi mitteret adiuuandum, eo quod alios non habeat, ad quos mitteat, & media deficiant, quibus illi ſuccurrat. Anſam prębet inquirendi non paruam, ſupplicium mortis quò Deus Ozam mulctauit: dum enim arca fœderis Dei plauſtro nouo impoſita

III. Non licet [illegible]

poſita

poſita à duobus vectaretur bobus, illis recalci-
trantibus, paululùm ad caſum cœpit inclinare; confeſtim accurrit Oza, brachium extendit, fulcitque decidentem: *Poſtquam venerunt ad*
2.Reg.c.6 6. & 1. Paral.c. 13 10. *aream Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei & tenuit eam quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam.* Ilicò Deus tam ſeuerè puniuit Ozam, vt ſubitò mortuus corruerit. Domine mi, quid mali fecit Oza veſtram ſuffulciens arcam caſui proximam? Imo inter nos, ſi quis ſæcularis viderit Venerabile Sacramentum caſum in lutum minari, manu poteſt extenta illud detinére quod ſi flamma ſacrarium innadat, poteſt, deficiente ſacerdote S. pixidem extrahere.
IV. Cur Oza morte punitur arcam detinens. Sentiunt aliqui ob hoc morte punitum, quòd cũ arca fœderis humeris eſſet ferenda ſacerdotum ac Leuitarum, ipſe plauſtro impoſuit à bobus deducendam. Hoc non videtur ſatisfacere: quia quod Oza hoc ita fieri decreuiſſet, non illi tantum imputaretur, ſed etiam fratri ſuo Ahio,
Lib. 2. de doctrin. Chriſtia. c.12 vſ que ad 10 & 71 quinimo & Dauidi, qui præſens aderat; qui hanc pœnam euaſerunt, & merito cauſa inueſtiganda eſt iuxta regulam D. Auguſtini S. Scripturæ hiſtorias examinandi.

Multas grauesque congerunt SS. Patres rationes, quas aliis locis dedimus; attamen illam indicat Spiritus Sanct. dicendo: *Percuſſit eum ſuper temeritate ſua.* Notat Caietanus, quod aliàs
V. Oza nimis temerarius fuit. etiam notauimus, ex Hebraico legi: *Super errore id eſt ſuper facto erroris.* Quòd realiter errore laborarit temerario, ex quo temeraria proceſsit quædam præſumptio in eo quod egit, hæc nimirum, quòd accurrerit arcam ſuſtentaturus, credens, quòd niſi ipſe obſiſteret in terram corrueret, ac niſi ſua ipſe manu illam ſuſtentaret ſine vlla ſpe reſtaurationis perderetur. O te bardum, an temerarius adeo in mentem tibi venire potuit error? Ignoras quòd hanc Deus elegerit arcam ſibi in ſedem, in illaque ſe manifeſtet? Credisne ergo Deo mille millium Angelorum manus, inſuper & hominum, aliaque media defutura, quibus arcam ſuffulciat, licet tu numquam tuam extenderes aut præſens adeſſes, aut vnquam fuiſſes in mundo?

VI. Arca Dei eſt pauper. Pauper arca Dei eſt, in qua ipſe reſidet, vt nobis cohabitet, præbeatque occaſionem, quâ illum mediis noſtris adiuuemus, nobis in non exiguum emolumentum. Ne tanta te capiat temeritas, vt credas, Deum tua indigere manu, & quaſi non habeat vnde pauperem enutriat, illum tibi commendet nutriendum. Ne dixeris; niſi ſuccurriſſem talis pauper perierat. Si tali non fuiſſem liberalis hoſpitali, iam nunc corruerat. Niſi manum ego protendiſſem, iam puella ſeu vidua, ſeu pupillus periiſſent, quando namque tu deficeres, alias habuiſſet manus Deus tuis meliores, quibus has pauperum arcas potenter, ne caderent ſuſtineret, in quibus vt throno reſidet: & hoc crede vero verius magnam tibi à Deo fieri gratiam, quòd tuis vti velit manibus, tuâ operâ, millenis aliis neglectis; quòd tibi in non leue cedat emolumentum.

Expendit Apoſtolus quâ ratione Deus ab errore Prophetam Eliam, quo laborabat, reuocarit. Rom.c.11
Videbis vatem diuini honoris zelo flagrantiſsimum, tantâ callapſum animi triſtitiâ, vt ſic
Deum interpellet: *Sufficit mihi Domine, tolle a-* 3.Reg.19
*nimam meam.* Accurrit Deus, in montem ducit 18.
Horeb, illique ait: Quid mœres ô propheta, quid te malè cruciat? Heu Domine mi: per me ſtetit, vt honor cultuſque nominis tui adhuc in mundo perſeueret, niſi ego adlaboraſſem iam dudum in fumos euanuiſſet: iam enim cuncta altaria tua deſtruxerunt, *Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus.* O
VII. Elias à Deo inſtruitur. propheta, quàm longè à vero deliras: quaſi vero in te ſolo, eorum qui mihi ſeruiunt, numerus finiretur. Tune tibi ſolus videris eſſe mihi ſeruus & quod niſi tuo adſtante ſtudio, cuncta periiſſent? Noueris igitur, quod in vnico angulo, *Reliqui mihi ſeptem millia.* Cuique eorum poſſem iniungere vt in mei prodeat honoris defenſionem, & hanc tibi volui conferre gratiam hoc tibi confidens, cæteris aliis quorum vti poteram operâ, prætermiſsis.

Die palmarum templum Redemptor noſter
ingreditur, commouet Deus infantium linguas 72 ☞
in eius encomium, qui cardueles effecti cœlites Chriſti præconia cecinerunt, illis etenim in ſui nominis gloriam Chriſtus vti decreuerat. Ad illum accedunt inimici publici Sacerdotes & Doctores, dicentes, vt quid hæc fieri permittis, vt quid pueris tuarum laudum non imponis ſeuerè ſilentium! Ne hoc indulſeris, procul hinc
VIII. Si pueri taceant excitabit Deus lapides. pueri. Reſpondet illis Dominus: quid igitur, creditiſne, illis tacentibus, Patri meo cœleſti linguas alias, quæ meas celebrent laudes poſſe deficere? Si procul hinc abigantur infantes, ſi os eis occluſeritis, dabit Deus ipſis linguas lapidibus, eminentiori longe miraculo in mei
gloriam, & qui multò concinant mea facta ſo- Luc.c.19.
lemnius: *Quia ſi hi tacuerint, lapides clamabant.* 19.

Quotieſcumque video quod accedentem, & ſtipem mendicantem, aſperneris, vel te ſubducas, vel aſperè nimis foras elimines, vt mulier hæc Chriſtum, quem aquę calicem rogantem vultu moroſo dedignabunda repellit, obiiciens ei: *Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis* &c. Tunc poſtulas eleemoſynam, cui vires laborando ſufficiunt? Tu qui ſolus es, à me poſcis, quem tantâ grauat familia? Tu profligate, furcifer. Dico tibi apud meipſum loquens: O Homo *Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere* &c. Hoc tibi perſuadeas, in tui quòd Deus hoc faciat ſalutem, hunc tibi mittendo pauperem, & eius ore te rogando, quò tibi copioſè benefaciat.

IX. Dicendũ ſtipem neganti: *Si ſcires* &c.

Et loquendo generaliùs, quando video quòd Deus per os ſuorum prædicatorum à te flagitat, hominum intẽmperantiſſime vt ieiunes, carnem tuam maceres; à te ſcortator impuriſsime, vt vitæ illi lubricæ finem tandem imponas aliquando, à te vindictæ ſitientiſsime, vt hæc mortalia remittas odia; à te fœnerator, vt te pondere hec alienæ raptæque facultatis exoneres. quòd te in profundum demergit inferni; quando intelligo, quòd à te requirat, vt peccata tua confitearis, frequentes ſtationes, legas roſarium, ſacramenta ſuſcipias, te ipſum ad orationem parumper componas, vitę conſideres præſentis vanitatem, & video quòd ad hæc omnia ſicut hęc mulier cum vno *Quomodo* reſpondeatis: quomodo dimittam illam, animæ meæ delicium Quomodo reſtituam aliena, pauper ero & mendicus? Quomodo remittam qua me dedecorauit, iniuriam? Quomodo ſacramenta frequentabo mille correſpondentiis terreniſque implicitus occupationibus? Quomodo me dedam orationi, meis deficiam lucris, meiſque negotiis? tibi cum Chriſto reſpondeo *O mulier* ô anima, *ſi ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit, tibi* &c. Si ſcires quò te fauore dignetur Deus & quis eſt qui tibi de cathedra loquitur, & quàm parum illo indigeat, quod à te petit, qui eô tantùm petit animo vt tibi cedat in vtilitatem, *Tu petiiſſes ab eo*, tu eius te pedibus proſterneres, tu gratiam illam, fauoremque humilis, quò petita poſsis implere, poſtulares.

§. 25. Puteus, altus eſt. *Tres perpendas aquæ terrenæ conditiones. Prima: quòd hauſtu ſit difficilis, vt experti ſunt duo nobiles.*

MVtat igitur Chriſtus idioma & à petendo, tranſit ad promittendum duo quæ diximus adeo deſiderabilia grataq; mulieribus: ſapientiam & diuitias: His cœpit mulier promiſsis intendere, ſuamque excitat mentem illis inhærens, & quæ petenti contemptim obiecerat. *Quomodo tu Iudæus cum ſis*, promittenti comicè reſpondet & humiliter *Domine*; & cum tanta audiat ſibi promitti, capilis occaſionem apprehendit, & vlteriùs inquirit quæ ſint illa, quæ ſibi Dominus promittebat num vera forent an ludicra; licet autem promiſſa tam magnifica in ore hominis pauperis, fatigati, incogniti viderentur incondita deliramenta, verum tamen tantam præferebat ſuo Chriſtus aſpectu grauitatem, vt extremam cauſaret reuerentiam & venerationem, quem hæc mulier intuens, cenſuit illum hominem non eſſe vendendis nugis hiſtrionem, cuius nec verba, nec loquendi modus tale quid ſaperent, ſed aliquem eſſe debere Principem non minimum, laruatum, alieno habitu transfiguratum, vnde promiſsis attentam arrigit aurem, reſpondetque: Domine mi vnde tibi hęc, quæ ſumma promittis *Domine puteus altus eſt* &c. Amico Deo res agitur: incipit loquentem Deum audire ipſe te colliget. Familiare eſt mulieribus ab illis apprehendi, quibus parant auditum. Cœpit Eua loquentem audire ſerpentem, vide quid tam à conditione mulieris alienum, & eam nihilominus cepit, & ad incenta pertraxit. O te ſtultam mulierem, quæ præbes aures ludioni, qui tibi loquitur, qui tibi montes promittit aureos! O te puellam inſipientem, quæ illum auſcultas, qui tibi dignitates, qui monilia, qui mundum promittit muliebrem, caue tibi, corrues. O te mulierem inſenſatam, quæ tertiæ iſti Satanæ intendis, quæ velut ſerpens aſtuta tibi, vt bonum offert, quod in animæ tibi cedet perditionem, apage, diſcede velociter, Deum audi, ô anima, eius verbis intende perpende quę tibi ſpondeat, & hoc tibi perſuadeas nihil ab illo promitti, niſi quod tibi maxime conducit: *Audiam quid loquatur in me* Pſal. 84.

I.

II.

Dominus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos.* Aurē arrigis Samaritana? O te felicem, Loquentem audit, ſiſtit, & interrogat: *Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt, vnde ergo habes aquam viuam? Numquid tu maior es patre noſtro Iacob qui dedit nobis puteum iſtum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius & pecora eius.* Nunc incipit ſol ille diuinis radiis ſuis clariſſimis & ardentiſſimis illuminare friguſque diſſoluere, Diuinā mulierē Chriſtus alloquitur grauitate & ſupremâ-q; adā mentis affabilitate, duoque demonſtrat: ſuæ perſonæ in ſe celſitudinem, quæ longè excedebat exterioris habitus præferentiam. Hoc illi verbis iſtis ſignificat: *O mulier ſi ſcires donum Dei*, tibi præſentatū in eo quod mihi occurreris, *Si ſcires, quis eſt qui dicit tibi, da mihi bibere.* Directè reſpondet mulieris obiectioni: *Quomodo tu Iudæus cum ſis* &c. Et de ſe loquitur in tertia perſona. O mulier, quæ Iudaico me cernens habitu, credidiſti totam meam eſſentiam ad hoc reſtringi, quaſi verus eſſem ex populo Iudaico vulgaris, falleris & à ſcopo aberras; dexterè telum emitteres, ſi verbum *Iudæus* abbreuiares, illi primam auferendo ſyllabam diceresque: *Quomodo tu Deus cum ſis bibere à me poſcis* &c.

III. Mulier, quis ſit Christus ab eo quærit.

IV. Quid mulier à Chriſto quærat de aquis.

Alterum eſt, quod affatim ſit diues, pluribus abundans opibus, cum illi viuas promittat aquas. In omnibus hæret mulier, & velut cupida, de duobus illis percunctatur. Primò quærit: quæ iſtæ ſint aquæ, vnde habeat: quia ſunt vel ex hoc vel altero puteo? Alterum non videns, hic altus eſt, nec hydriam habes, nec funem quo aquam haurias. Igitur quales aquę, & vnde; ſecundò petit, vt ſuam quis ſit, perſonam manifeſtet. Numquid tu maior es patre noſtro Iacob? &c. O mulier, plura quæris quàm quæ ipſa credis. O te beatam, quæ tam liberè, & indemnis, & tam non feſtina potes inquirere, vt tibi dicat, quis ſit: antiquitus enim, cum eius ab illo quærerent, etiam amici, nomen indignabatur: ſicut dum ab illo quærit Manue pater Samſonis: *Quod eſt tibi nomen*: excandeſcit, & ait: *Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* Modò venit paranymphus; & hoc illum comicum reddit & vrbanum, vt audiat, & patienter ferat interrogantem & reſpondeat, vt reſpondit. O mulier: *Omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei nō ſitiet iterū, ſed aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternā.* Incipit modo diuinus ille ſponſus declarare & diuinas ſuas explicare diuitias & per iſtius aquas quas mulier præ manibus habebat, & oculis ſpectabat quā proximè, cœleſtes cœpit aquas aperire, quas nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec potuit cor humanum imaginari, more planè diuino: ſolet

Iudic. c. 13, 17.

etenim Deus cœleſtes nobis proponere cognoſcendas diuitias, per illa, quæ hîc in terra præ manibus habemus, videmuſque quotidie. Conditiones, huius aquæ terrenæ conſiderando, illis exponit diuinæ gratiæ, donorumque cœleſtium aquas, & ſicut in orbis principio ex aquis aues eduxit, quæ alas ſuas ex aquis efferentes ſuper illas cœlum verſus tenderent per aera ſurſum volitando, qua ex ratione dicuntur: *Volucres cœli*: ita quoque conatur modo ex aquis illis huic mulieri educere intellectum, vt velut auis ad diuinarum aſcendat aquarum cognitionem. Et ſicut paulò ante per aquas Nicodemum regni cœlorum portam docuerat, illi dicendo: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua* &c. Ita modo procedit, per eaſdem aquas regni cœleſtis exponit, proponitque diuitias.

V. Ex terrenis ad cœleſtia aſcendimus.

Ioan. c. 3. 5.

Optimè præmonet nos D. Hieronym. & Tertullian. id quod prędiximus, quod pręclara in aquis declarentur myſteria, & quod: *Numquā ſine aqua Chriſtus*, vt dicere poſſimus: *Vox Domini ſuper aquas Deus maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas.* Congruè nobis in hoc diſcurſu deſcribuntur putei huius aquæ eiuſque declarantur cōditiones. Tres nobis exponuntur: duas mulier eloquitur, tertiam autem Chriſtus manifeſtat, velut ſapientia diuina, quæ nobis oculos aperit. Hęc eſt autem prima aquarum iſtarum conditio, quòd ſint obtentu difficiles: quia puteus altus eſt, & vt hauriantur, opus eſt hydriâ, funibus, trochlea, viribus, motuque brachiorum: *Puteus altus eſt.* Secunda: quòd aquæ ſint ſupra modum terrenæ, communes hominibus & iumentis, vnde & omnes pariter ex illis biberunt, Iacob, filij eius, & pecora ejus: *Bibit ipſe, & filij eius, & pecora eius.* Tertia, inquit Chriſtus ea eſt, quòd ſitim non extinguant, quia illis ſemel hauſtis, oportet denuò, iterumque recurrere: *Omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum.* Accuratè nobis aquarum terrę, conditio deſcribitur, hoc eſt deliciarum, voluptatum, diuitiarum, mundique bonorum omnium. O quales aquæ tam parui valoris! Primò: profundę ſunt, & hauſtu difficiles, opus eſt hydriis, funibus

Pſal. 28. 3.

VI. Tres huius aquæ conditiones.

VII. 1. Conditio: puteus altus eſt.

nibus, trochleis, motu manuum viribus & totius corporis adniſu: Sunt ſimiles aquis illius putei, cui occurit Iacob, ille ipſe qui huius Evangelij

Gen.c.29 2.

puteum effoderat, *Vidit puteum in agro tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora: Et os eius grandi lapide claudebatur.* Ita vt ſingulæ aquæ guttæ magno conſtarent labore. Contemplare mundi aquas; Quas ſitiunt & inquirunt tres ouium greges, quas D. Ioannes deſcribit impudici, delitiarum ſitientiſsimi, auari, auri cupidiſsimi, ſuperbi honorum ac dignitatum auidiſsimi;

VIII. Tres greges, ſunt tres hominum ſpecies.

*Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Negotium hoc eſt magnæ difficultatis; quales requiruntur vires, ad hęc omnia ſuperanda tollendaque impedimenta? Q·ò labore lucrum habetur denariorum! Quot opus eſt ad ferias diſcurſibus? Quot negotiis, contractibus, fraudibus, correſpondentiis?

1.Ioan.c. 2.16.

Idcirco dixit Chriſtus p·ri greſu, procedere pecunias, & ſollicitudines atque anxietates: *A ſollicitudinibus & diuitiis.* Si velis igitur aquam bibere deliciarum, & in tuam pellicere voluntatem, puellam ſolitariam, in domus ſuæ penetralibus abſconditam, à parentibus cautè cuſtoditam, vel marito; quot lenæ requiruntur, quot munuſcula, diligentiæ, curſus & recurſus? Quis verbis explicet quàm caro emerit ambitioſus aſcenſum ad ſcalas quas tandem aſcendit? quot adhibuit negotiationes, miſit munera, nuntia? quam aptè confitentur illi, quando tandem demerſi in infernum, infelices exclamant: *Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis.* Quantum operæ ponendum in familiaritate cum Regibus ac Principibus? Qui timores, quæ ſollicitudines? Quantum laboris impendendum, vt honorem tuum conſerues incolomem, ne corruas? Non multa requiritur his capiendis metaphyſica, oculos tuos conuerte tantummodo ad id quod in ſeip ſo agitur & experiris. Vtinam aduerteres quàm arduum tibi hæc terrena faceſcant negotium vt ea conſequaris, poſsideas, conſerues!

☞ 74
Luc c. 8. 14.

IX. Illis difficilis eſt aquarum hauſtus.
Sap.c.5.7

Lib. 8. Confeſſ.c. 6.

Planè mirabilem de hoc habemus lectionem ex D. Auguſtin. Refert hic Treuiris illuſtriſſima ciuitate Germaniæ feſta inſtituta ſolemniora, vbi eum temporis Imperator totaque Curia reſidebat. Illucet dies aſsignatus, adeſt Imperator caterua, ſuâ dignâ maieſtate ſociatus. Inter aulicos Imperatorem vſque ad theatrum deducentes, duo erant, qui vel talia videre ſpectacula fatigari vel tœdioſi, vel humore quodam afflicti melanchlico (valde familiari regum palatia frequentantibus, & quando modicus eſt, non eſt incongruus, rebus huius mundi conſiderandis) vel ex diuina diſpenſatione, quâ Deus illis hoc inſpirauit, quod credo probabilius, vt illis diuinam impertiret gratiam, omiſsis ſpectaculis ad quoſdam inter ſyluas hortos ſeceſſerunt amœniores animi recreandi gratiâ. Horum D. Auguſticus non refert qualitatem, ſed ex hiſtoria colligitur illos fuiſſe ſtemmate nobiliores, quandoquidem famularentur ipſi Imperatori, & ad intimam eius aſpirarent amicitiam: nec non opibus abundantiores circumfluerent, cum aulæ ſuſtinerent grauiſsimas expenſas: Se iactabant eſſe paranymphos, quandoquidem illis diebus eorum matrimonia eſſent concludenda. Iunctis igitur ſibi inuicem manibus hortos illos perambulantes, tuguriolis occurrerunt Monachorum, quos aureis illis ſæculis inter nemorum vmbras creabat Deus apium examen cœleſtium, qui mundo renuntiantes, inter diuinos flores opus ſuum conficiebant; Facultatem viſitandi domum petierunt, pauperem quidem exteriùs, ſed æternis interiùs opibus prædiuitem; Inter has librum repererunt in cella cuiuſdam monachi, in quo ſcripta legebatur vita magni illius cœnobiarchę D. Antonij, quem celebrant vt eremi decus, ſolem Ægypti lucidiſsimum, Dæmonum inuictum cunctiſque diaboli fraudibus, viribuſque ſuperiorem, totius inferni terrorem, mundi ſpectaculum. Sufficit de illo dixiſſe, quòd vita eius talis ſit, vt conſcripta, & ab illis perlecta mundi fluctibus demerſis, efficax fuerit, vt illos vndequaque commutaret: ita vt qui illam *Legebat exterius, mutaretur interius & exueretur mundo mens eius.*

X. Exemplũ de duobus nobilibus

Inter alios mirabiles effectus quos vtiles illa produxit lectio, hanc eſſe nouimus, quòd tenebras & cœcitatem ab eorum depulerit intellectu, lucemque infuderit, vt tales proferret alter alteri rationes: *Dic quæſo te omnibus iſtis laboribus noſtris, quo ambimus peruenire? Quid quærimus? Cuius cauſa militamus? Maiorne eſſe poterit in palatio ſpes noſtra, quam vt amici Imperatoris ſimus? Et ibi, quid non tam fragile, plenumque periculis? Et per quot pericula peruenitur ad maius periculum? Et quamdiu iſtud erit? Amicus autem Dei, ſi voluero, ecce nunc fio.* Michariſsime,

riſsime ſodalis intime, *Noſtris iſtis laboribus quid ambimus?* ad quid tendimus? labores eius, qui palatia ſectatur non ſunt vulgares. Illos ignorat, qui ſole oriente, ad vſque occidentem ligone diſtenditur, cum terræ luctatur duritie, ſimiliter & ille qui mare nauigio perſulcans, eius fluctibus modò in alteram partem ventis agitatus abripitur.

71 Proh quales labores: *Noſtris iſtis laboribus.* Sine mercede laborare, quinimo expenſas faciendo, bona conſumendo: ſine præmio militare, affligi & gratam oſtendere faciem, ingratitudinem adorare, laudare peruerſitatem, ignorantiam admirari, illi placere, qui tibi diſplicet, cui tu diſplices: *Noſtris iſtis laboribus quid ambimus* & quando quod prætendimus, aſſequemur? *Et quando hoc erit?* Iuuentus atteritur infeliciter, vires eneruantur, ſanitas perditur, opes diſsipantur ſenectus accelerat & ſpes promiſſaque non adimplentur. Et obtentâ tandem hâc amicitiâ, *Quid non tam fragile, plenumque periculis?* Nullus periculoſis patet portus tempeſtatib s, vbi naufragia ſunt communiora, magiſque timenda, quàm in ipſo curſûs agone, in ipſa nauigatione. Hic ſuſpiciones, timores opiniones, inuidiæ, æmulationes pectus inquietant, ſomnum impediunt, cor ſic, vt nihil magis, excruciant: porro inquit: *Amicus autem Dei, ſi voluero ecce nunc fio.* Et addit, quæ comparatio Regis cœleſtis ad terræ Principem? amicitiæ ad amicitiam? commodi ad commodum? durationis ad durationem? obtinendi ad obtinenendum? Si voluero illud quàm primum obtinuero. O ſenſus, ô intellectus humanus, vbinam es? O ratio male impenſa, quid dormis? O cœcos mortales, qui tantum cœcutimus, vt grauiſsimos & maximos inpendamus labores, rebus adeo futilibus obtinendis. Vtinam quis hanc perpetuâ recoleret memoriâ ſententiam: *Amicus Dei, ſi voluero, ecce nunc fio.*

Fuit autem tam efficax hic nobilium ad inuicem diſcurſus, vt eadem horâ in eodem monaſterio, vbi erant, non reuerſi ad ciuitatem, non petitâ ab Imperatore licentiâ, quibus cœleſtis ſufficiebat, ne quidem de loco digreſsi cultiores mundi veſtes in pauperem habitum, palatium in clauſtrum, Cæſarem terreſtrem in cœleſtem permutarint, quod reliquum erat vitę diuino conſecrantes obſequio: quô cognitô ſponſæ idem vitæ genus ſunt amplexæ ſeque Deo ſponſas obtulerunt. O miſeros vos & infelicibus infeliciores, qui per mundum vagamini, mille turbati ſollicitudinibus, anguſtiis, ærumnis, timoribus, ſuſpicionibus, periculis, impenſis; vobiſcum inite rationem, vos ipſos interrogate: *Dic, quæſo te omnibus iſtis laboribus noſtris, quò ambimus peruenire? Quid quærimus? Cuius cauſâ militamus?* O molliſsime Pepo tuis iſtis laboribus adeo duris ac moleſtis, qua noctu peruigil diſcurris, vt veſpertilio, grauiori ferri pondere onuſtus, quàm equus ſufferre poſsit, opes, ſalutemque dilapidans, lenas Satanæ tibi ſollicitans, tibi præcauens; mille periculis expoſitus, quid quæris?

XI. Mundi bona obtentu difficilia.

In quem finem laboras, niſi vt vilem aſſequaris voluptatem, quam ſi conſequaris, in momento tranſit, factus inimicus Dei, captiuus Satanæ, diaboli prœda, pullus inferni, flammis eſca ſempiternis. Tu quoque auare, dolium inexplebile, tuis iſtis laboribus, rabidis curis, negotiis, cōtractibus, cupiditatibus, anxietatibus, quid intendis, niſi abiectas diuitias, quas cum obtinueris, continuò cogeris relinquere, ita vt nec tibi liceat carû vel acicu'am deferre, te namque eiicient & in ſepulchrû iniicient paupere viliqúe amiculo contectum, & ſolâ; quæ corpus cooperiat, terrâ omnium mercedem ſoluent viliſsima. Tu quoque dignitatum ambitioſiſsime Iouis ſandalium (a) quid tuis iſtis ambis laboribus, quibus modò hunc, modò alterum adoras idolôlatra, munera largiris copioſa, mille turbatus inquietudinibus iſtis tuis laboribus, niſi flatum venti, qui obtentus inter manus citius euaneſcit, quam aquarum bulla qua nihil inanius. Sunt aquæ illæ hauſtu difficillimæ, non leues poſcentes occupationes, requiruntur hydriæ, funes, motus brachiorum; & hæc eſt aquarum terræ prima conditio.

(a) *Papa viento.*

§. 26. Bibit ipſe & pecora &c. ſitiet iterū:

*Secunda conditio: quòd ſint iumentis hominibuſque communes. Tertia: quòd ſitim non extinguant, imo prouocent illis quos Iob vidit in hoc mundo meridiantes.*

SEcunda vobis proponitur aquarum conditio, ſcilicet quod ſūnt animalibus & hominibus communes. Ex illis (inquit) *Bibit Iacob ipſe, & filij eius, & pecora eius.* Hæc conditione laborant mundi bona, deliciæ, voluptates, venuſtas, fortitudo, ſanitas, bona ſunt hęc ho- 76

I. Animalia magis ex terrenis cōmu-

minibus,

nicant quam homines. minibus, iumentiſque communia, quinimo aliquo modo magis ex his communicant animalia: quandoquidem illa Deus ad bona non condiderit eminentiora: Qua ſalute viuit Elephas? qua ceruus currit agilitate? qua volat velocitate miluus? qua nitet pauo pulchritudine? quo viſu eſt aquila perſpicax? quo viget canis olfactu? Magnam habent partem in cibo, potu, carnis delicijs quibus nec præ timore, nec ex verecundia abſtinent, & illis tota ſic gaudent libertate, vt illarum illis guſtum non impediat remorſus conſcientiæ, inferni timor, cœli conſideratio, opes expenſæ, honoriſue reſpectus, &c. Bona adeo communia, prout Chriſtus

Luc. c. 15. 16. in parabol. de prodigo refert quod *Cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant.* O ſiniſtra ſorte natos; hac quippe

Verſ 19. de cauſa illos appellat Apoſtolus Iudas *Animales Spiritum non habentes;* Quaſi vita non

II. Homines quidam ſunt animales. viuerent niſi animalium, qui licet homines ſint, vitam ducunt animalium: *Animalis homo,* dixit Apoſtolus. Quis inquies eſt homo, qui non ſit animal? Eius ea eſt definitio *Animal*

1. Cor. ca. 2. 14. *rationale.* Concedo, ſed homines inuenias, qui ſuo modo agendi remanent in iis quæ ſunt animalium, qui ſolis animalium bonis delectantur;

Cap. c. 2. 6. illos indigitat Spiritus S. inter ſe colloquentes: *Venite, fruamur bonis quæ ſunt &c. vino pretioſo & vnguentis &c. quoniam hæc eſt ſors.*

D. CHR. Hom. 22. in Gen. Tom. 1. Gen. cap. 6. 3. Ea de cauſa, ex ſententia D. Chryſoſtomi tales vocat Dominus meram carnem, quando in diebus Noë, teſte Chriſto; bibebant, edebant & ſuis toti vacabant voluptatibus; Noë dixit: *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt. Id eſt perinde viuunt ſiue ratione, ac ſi ſola carne conſtarent.*

III. Hac ratione ſolatur D. Hieronymus duos cœcos. Hoc vnum inter alia Dei ſeruos ſolatur, quando terrena illis bona deficiunt, quòd conſiderent non hæc eſſe propria hominibus bona, ſecundum id quòd Angelis ſuppares ſunt ſed tantum ſecundum id, quod habent commune cum animalibus. Hac ratione ſolatus eſt D. Hieronym. duos amicos ſuos cœcos, vnus eorum presbyter erat Hiſpanus Abigaus, cui Epiſtolam 31. dedicauit; alter vir dignitate primarius Caſtrutius, ad quem epiſtolam miſit

D. HIER. Tom. 1. 33. Abigao verò ſic ſcribit: *Ne doleas, ſi non habeas, quod formicu̾l & muſcæ, & ſerpentes habent, id eſt carnis oculos: ſed illum te habere oculum lætare, de quo in Cantico Canticorum dicitur: Vulneraſti cor meum, ſoror mea, ſponſa in vno de oculis tuis, quo Deus videtur &c.* Et

Huius occaſione perpendit, quod multi philoſophi huius mundi bona vile quid ſint arbitrati, delicias voluptateſque contempſerint, ſenſuum vſum, tam adeo vilem habuerint vt in iis meliorem haberent animalia partem quam homines. Quid te fortem gloriaris? Numquid tam fortis vt leo, animal prorſus terrenum? Quid te pulchram iactitas? Numquid tam pulchra, vt flores vnius diei, qui ſubito marceſcunt?

*Hodie eſt, & cras in clibanum mittitur.* Inſuper Matt.

& de iſtis aquis magis animalia, quàm ipſe homo participant: eo quod his bonis maiori libertate potiantur: non enim illa cohibet vel timor vel honoris periculum, vel conſcientiæ remorſus nec in ipſis carnis delicijs, nec in comedendo, nec in bibendo, nec in vſu rerum temporalium; à quibus homines deterrentur, vel metu, vel diſpendio, vel honore, vel conſcientiæ redargutione. 6. 3.

Tandem dicit Dominus tertiam exponens conditionem, quòd minimè ſatient; quod ſitim haudquaquam extinguant. Hæc vna veritas eſt, quæ inter cæteras (inquit D. Gregor.) magis experientiâ quàm quibuſlibet confirmatur rationibus. Impudicum interroga lenonem, num eo quòd vna die cum altera carnis expleuerit delicias, ſatiatus conquieſcat? Ambitioſum conſidera num illo loco vel dignitate, ad quam promotus eſt, ſit illi ſatisfactum? Diuinè D. Ioannes, qui hanc ſcripſit, doctrinam, illam nobis conatur probare: Surſum volitat aquila illa cœleſtis, & oculos ſuos per vniuerſam circumflectit terram, & tres per illam riuos cernit decurrentes: *Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Aquæ mundi ſunt vel carnis delitiæ, vel diuitiæ, vel honores. Et videamus, ſatiantne? Non ſatiant: quia omnes iſtæ aquæ ſunt ipſa concupiſcentia: *Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia eſt.* Quid eſt concupiſcentia? rabida ſitis. Si omnes iſtæ aquæ concupiſcentia ſunt & concupiſcentia ſitis eſt, illæ aquæ nihil aliud erunt, quàm rabida ſitis. Verùm eſt: tu ipſe iudica, ſi tibi deficienti quis aquas præberet cuius aqua eſſet ipſa ſitis, numquid ſatiareris? Minimè, imo potius ſitis excitaretur vehementior: quia aquam tuo iniicere pectori, nihil aliud eſſet quàm priori ſiti aliam ſuperaddere grauiorem, quæ priorem vehementius accenderet. O quàm præclarè exponit hoc Euangeliſta myſterium. Perpende, chariſſime, præſentia bona, ſitim eſſe

IV. V. VI. 1. Ioan. 2. 16.

Concu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Concupiſcentia*; & hinc experietis, quòd quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ. Siti deficis? pergis deli iis vacaturus? Vide, grauiori ſiti accenderis: quas enim hauris aquas, ſitis ſunt, & acrius tuæ concupiſcentiæ ſitim reaccendunt.

Sæpius illam tractamus difficultatem, cui D. Auguſtin aliique Sancti inhærent; cur Deus vxorem Lot caſtigaturus, illam in ſtatuam ſalis conuerterit: cum enim hoc fecerit ad perpetuã rei memoriam, videtur propoſito magis conducibile, vt illam conuerteret in ſtatuam æream aut lapideam: ſalis enim ſtatua aquis diſſoluitur. Notat Origenes apud Lypoman. quod ſicut Lot ſymbolum eſt ſpiritus, ſic eius vxor eſt carnis, voluptatibus dedita, quæ ſemper oculos ad illas reflectit, quinimo talis creditur à noſtro Cardinale Caietano hæc fuiſſe mulier, carnis dedita voluptatibus & ſuſpicatur, quòd ea de cauſa Sodomis egredi, ſuumque maritum ſequi recuſarit, & non tam Sodamam verſus oculos corporis quàm animæ & deſiderij retorſerit. Nã ea ipſa oculorum retorſione ad hanc ſenſualem ciuitatem & carnis immerſam voluptatibus in ſalis conuertitur imaginem: dum enim caro noſtra ad ſuos appetitus retorquet oculos, ſuaſque ſectatur delitias, naturam præfert ſalis, quia quantò plus ex illa ſumpſeris, tantò ſitis excitatur ardentior. Petram ſalis ſume, impone illam ori, vt in aquam conuertatur, illam bibe, illam in ſtomachum trajice: tantùm, abeſt vt tibi ſitim extinguat; quin potiùs illam accendet adeo violentam, vt ſiti nimia præfoceris.

Lib. 16 de ciuit. c. 30

VII. Cur vxor Lot in ſtatuam ſalis ſit conuerſa

Luc. 1.

Gen. c. 19.

VIII. Terrena ſitim accendunt.

In mentem tibi veniat, quod vidimus & expendimus in Prodigo; qui ſenſus ſuos & oculos conuertens ad voluptates, illas ſectaturus, omnes ſuas dilapidans facultates vt illis ſatisfaceret, nedum illos expleuit, ſed inſuper & famem illis caninam excitauit, quæ à Chriſto vocatur *Fames valida*. Deinde cõſidera diuitias. An illas ſitis? Sitio? Notum ſit tibi, quod ſi illas biberis, ſitim bibes rabioſam, quæ tuum acriùs prouocabit appetitum, & vero veriùs eſt illud axioma: *Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit*. Quod ipſe Seneca eodem probat argumento. Propalam eſt inquit, quod ſi flagranti incendio ligni copiam inieceris, quantò copia fuerit maior, tantò magis creſcet incendium. Accenſus eſt in tuo pectore ignis concupiſcentiæ: diuitiæ ligna ſunt quibus ignis ille paſcitur, quantó plura ex his adiicientur, tantò vehementiùs accendetur. *Flammæ infinito acrior eſt vis quo ex maiori incendio emicuit.* Idem in aquis exprimitur dignitatum, honorum, locorumque digniorum: cum enim quis vnum aſcenderit gradũ accenditur ilico appetitus ad altiorem, idque ſine termino. Hoc aliá occaſione probamus in Alexandro Magno, quem Deus Danieli præoſtẽdit in figura hirci caprarum, adeo velociter procurrentis, vt pedibus terram tangere non videretur: *Venit hircus caprarũ &c. & non tangebat terram.* Cum enim viginti annorũ eſſet adoleſcens, mundi exorſus eſt conquiſitionem, in quo tanta progreſſus eſt velocitate, vt trigeſimum agens ætatis annum, iam ſe principem omnium Prouinciarum ac regnorum mundi eſſe gloriaretur; & quo paſſu illa ſibi ſubiiciebat, eo creſcebat & alia conſequendi numquam ſatur ambitio: ita vt iam omnium mundi regnorum Dominus, tanta flagraret ſiti plura conquirẽdi, vt in amariſsimas ſe diffunderet lachrimas, quód alia nonupereſſent regna ſuæ ſubiicienda poteſtati: vt propterea philoſophiæ princeps Ariſtoteles tanti Principis Præceptor illum ſolari debuerit: & minus tum ſibi fuerit ſatisfactum, cum iam eſſet rerum Dominus, quam quando non niſi vni dominabatur ciuitati. Idem experientiá didicit ſanctiſsimus Rex Dauid, qui olim gregis opilio, in domo patris ſui minimus, de quo nulla memoria ad thronum aſcendit Regium; de quo alias. Et idem oſtendit Propheta Habacuc in potẽtiſsimo illo Monarcha Nabuchodonoſor. Illum deſcribit, quã arrogans quàm ſuperbus ſuis ſtipatus incederet legionibus, totum ſibi ſubiiciens mundũ & quidquid in eo erat diuitiarũ deprædatus, ſic ait: *Horribilis & terribilis eſt &c. Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis &c. Omnes ad prædã venient &c. & ipſe de Regibus triũphabit &c. Totum in hamo ſuo ſubleuabit &c.*

Luc. 15.

L. 2. de beneficijs.

IX. Similitudo.

Hieron. Bapt. de Lanuza, Tom. II.

Dan. c. 8. 5.

X. Alexandri magni cupiditas inſatiabilis

XI. Similitor & Nabuchodonoſor.

Vlterius vates proſequitur & c. 2. illum deſcribit velut iam omnium Dominum, & in cuius conſpectu ſileat omnis terra, omnis regio; quarũ diuitias theſauris ſuis victor addidiſſet. Inquiramus num ſatur? num contentus? Numquã minus ſatur, numquã ſiti fragrans æſtuantiori: *Quomodo vinum potantem decipit, ſic erit vir ſuperbus, & non decorabitur: qui dilatauit, quaſi infernus animam ſuam, & ipſe quaſi mors, & nõ adimpletur.* Verba ſunt hęc preclariſsima & cœleſti plena philoſophia. Illi contigit (inquit) quod homini ebrioſo cui vinum nõ extinguit ſitim, quinimo ſuo calore exacuit illam, ſemel & bis potatum; & paulo poſt tantò ſiti cruciatur acriori; & quò plus haurit, eò minùs

Abac. 1. 7

Abac. 2. 5

XII. Variis hoc ſimilitudinibus explicatur.

minus quieſcit, quia caput illi conturbatur, & quidquid videt illi circumuertitur. Hoc eſt: *Non decorabitur*: quia in Hæbræo verbum eſt *Naua*, quod ex mente Pagnin quietem ſignificat & tranquillitatem. Ita legimus in illa ſententia ſapientiſsimi Eliphas Themanites, quâ quietem animę iuſtæ eiuſque depingit tranquillitatem: *Scies quod pacem habeat tabernaculum tuum*. Quantò plus vini exhaurit ebrioſus, tan- (Iob 5. 24.) tò minus quieſcit, tantò caput eius turbatur amplius: Talis eſt iſte: quod enim illi remanſit, cum iam omnibus dominaretur regnis, & infinitis diues eſſet opibus, ſitis erat furibunda, alia & alia eaque maiora conquirendi. Deſiderium eius magis extenditur, & vehementiùs accenditur, velut ignis quo ligna plura adiiciuntur. Hallucinatur: ſicut ille qui ſitim quærens extinguere, vas ebibit vini, quo illi viſcera exuruntur, ſitiſque prouocatur ardentior. *Sicut vinum potantem decipit*. Illi accidit, quod inferno, ſeu morti: *Qui quaſi infernus dilatauit animam ſuam & ipſe quaſi mors non adimpletur*.

78 XIII. Tria ſunt inſaturabilia. (Prou. 30 15 & 16.) Spectare videtur illam Salomônis ſententiã: *Tria ſunt inſaturabilia & quartũ quod numquã dicit ſufficit. Infernus, & os vulue, & terra quæ non ſatiatur aquâ, ignis vero numquã dicit: ſufficit*. Ne timueris, quod vnquam infernus quam plurimos licet deglutiat, os ſuũ concludet. Mulier impudica meretrix fatigabitur quidem aliquando, minimè tamen ſatiabitur. Arenoſa terra, (hęc etenim eſt: *Terra, quæ nõ ſatiatur aquâ*) licet illam pelagi vndæ cooperiant, ilico tamen apparet arida. Tandem ignis tu videris num lignorũ adiectione ſit ſatiandus. Talis eſt ſuperbus hic, auarus, ac luxurioſus Nabuchodonoſor, qui *Dilatauit, quaſi infernus animam ſuam & ipſe quaſi mors, & non adimpletur*. Infernus infinitos licet recipiat, numquam exſatiatur, imo potius, quò plures intrant eò pœnæ accreſcunt crudiores illius in eorum vno quoque, vt altà diximus. Ita quò plura dominia regnaque ac diuitias ſuo dedit hic appetitui ſatiãdo, eò creuerunt & eius ſollicitudines, & quò plures carius quęſiuit ſibi voluptates, eò grauiores ſibi cruciatus acquiſiuit. Et ipſe quaſi mors, cui nõ ſufficit quod vnum aut alterũ occidat, cui non ſatis eſt, interficiat licet Principem ac Regem, & puellam ſole pulchriorem, & gigantem robuſtiſsimum, quinimo dilatat os, cunctos parata abſorbere mortales. Talis eſt hic: *Et non decorabitur*. q. d. Non quieſcet. Diuitiæ, ſpinæ ſunt, teſte prima (Luc. c. 8.) veritate & indubium eſt, quod cordi iniectæ, quò creſcunt altiùs, tantò crucient moleſtiùs.

Ita perdoctè pônderat D. Baſil. ex quo ſumpſit D. Ambroſ. illud quod Dominus ait in Euangelio de diuite illo: cui quò diuitię erãt ampliores, eò erant & curę dolentiores: *Cogitabat intra ſe dicens: quid faciam quia non habeo, quo congregẽ fructus meos*. O anguſtia, (exclamat D. Gregor. ad hæc verba) *Ex ſatietate nata &c.* de quibus alibi. Talis es tu diuitiarum helluo, proles Veneris impudica, dignitatum Tantalus: non enim ſaturaberis quantumlibet acquiſieris & omnes terræ licet aquas exhaurias, talem te poſtmodũ ingemiſces, qualem te Iob deſcribit. *Tenebitur planta illius laqueo, & exardeſcet contra eũ ſitis*. Admirabili idẽ illud ipſi expreſſit ſentẽtia: ſuſa conatur oratione probare futurum neceſſario diẽ iudicij: non enim diuinæ competit prouidẽtiæ permittere impunitos eſſe facinoroſos, qui in omnia nefandiſsima corruũt effrœnes crimina. Vnde deſineat illos qualiter ſe totos deliciis, voluptatibus & huius vitę tradant oblectationibus, ſeque terrenorum Dominos conſtituere diligentiùs adlaborent. *Inter acernos eorũ meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt*. Verbum *Meridiati ſunt* hoc tantũ S. Scripturæ loco legitur, & propriè ſignificat medium diem facere, quod tẽpus eſt, quod quieti, leuamini prandioq; deputatur, ſumendo meridiem. Hoc ſenſu dixit ſponſa ſponſo: *Vbi paſcas, vbi cubes in meridie*. Hoc quoq; verſo vetere poëta Latinus, *lentãdo, meridiando, comeſſando pergræcando, vitã ducere*.

Vitam contemplare mundanorum. Coaceruãt, & cumulos congerunt bonorum temporaliũ, & in medio eorum reſident, quaſi meridiantes, & meridiem ducentes: ſicut de ſapientia diuina dicitur: *In plenitudine Sanctorum detentio mea*. Sic iſti in voluptatum, deliciarũ, diuitiarum, dignitatum plenitudine meridiando detinentur. q. d. Laxant ſuis appetitibus habenas, recreantur, delectantur, meridiantur, & illis ſemper eſt lætus gratuſque meridies: vt enim concupiſcentię ſuę calori ſatisfaciant, ſe totos omnibus his tradunt voluptatibus. *Inter acernos eorũ meridiati ſunt*, & ter infelices illi poſtquã enim torcular ſũmo labore calcauerũt, vuaſque omnes expreſſerunt, ſiti languentes exareſcunt. *Calcatis torcularibus ſitiunt*. Quid agit Bacchus impudicus hæc calcans torcularia? hanc, illam, aliam, noctu diuque, quâlibet horâ ſollicitans? Quid auri cupidiſsimus, qui hunc, qui illum iniuit contractum, hoc agitat negotium, hoc & illud emit hoſpitium, modò in cambiis, modò in tyrannide,

(Right margin notes: Hom. 6. in diuites. Ser. 81. & l. de Nabuthe. — D. Greg. — Luc. c. 12. 18. — XIV. Homo inſatiabilis eſt. — Trad. 2. n. 46. & ſeqq. — Iob 18. 9. — Iob c. 24. 11. — XV. Quid ſit meridiare. — Cant. 1. 6. — Eccli. c. 24. 16.)

rannide, modò in elocatione, modò in condu-
XVI. Aquæ mundi non ſatiant. ctione? quid dignitatum ardelio meris procu-
rans viribus educere quaſi calcando, huius &
illius beneuolentiam, illius qua poteſt opera
ſibi præualere, & alterius ſibi deuincire poteſta-
tem, & paulo poſt omnes licebit videre rabida
ſiti elangueſcentes: non enim hæc terrena no-
ſtrum ſufficiunt explere deſiderium: imo verius
dixerim, illud acrius accendunt. Hoc nobis
prodigus eloquatur, in quo Chriſtus omnia
nobis voluit eſſe delineata. Quid egit; torcula-
ria calcauit, vuas expreſsit, donec illi nullæ
Luc.15.13. ſupereſſent vires, nullæ facultates, *Diſſipauit*
*ſubſtantia ſuam. &c.* En tibi, quàm rabiosa la-
boret ſiti, fameque pluſquam canina: *Facta*
*eſt fames valida, &c.* Hæ ſunt aquæ mun-
di.

§. 27. Aqua quam ego dabo. *Conditiones aquæ Dei perpende: prima eſt, quòd faciles ſint, & gratis dentur ſicut aqua de petra.*

75. TVæ verò Domine aquæ quales ſunt: *Om-*
*nis qui biberit ex aqua hac, quam ego dabo*
*ei non ſitiet in æternum, ſed aqua, quam ego*
*dabo eo, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æ-*
*ternam* O verba diuina! & quis locum habeat,
aptius dixero, ſpiritum, eorum vnum quodque
L.83.qq. q.64.Ho. 31.in Ioannem. conſiderandi? quàm accuratè diuinæ ſuæ gratiæ
aquas deſcribit! D. Aug. per aquas Chriſti intel-
ligit Spiritum S. & D. Chryſoſt. idem confirmat
conformiter D. Euangeliſtæ, quando referens
I. id, quod Chriſtus dixit, ad illas inuitans, & ex-
Aqua Spiritum S. vel Dei gratiam ſignific. clamans: *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat, &*
*de ventre eius fluent aquæ viuæ*: continuò ſu-
biungit *Hoc autem dicebat de Spiritu, quem ac-*
*cepturi erant credentes in eum.* Idem opinatur
D. Baſil. ad illa verba pſalterij. *Fluminis impetus*
Ioan c.7. 36. in pſ. 4. Pſ.45. 5. D.Cyrill. in c.4 Ioan. *lætificat ciuitatem Dei.* Porro in quantum Spi-
ritus S. in nobis habitat per ſuam gratiam, com-
muniter intelligimus per eius aquas diuinam
eius gratiam: *aquam viuam viuificantem Spiri-*
*tus S. gratiam appellat*, inquit D. Cyril. Illæ ſunt
eius aquæ: quia ſolus eas poteſt dare Saluator.
II. Aduerte autem cum D. Ambroſ. vim verbi,
Verbi dare vis expenditur. ” Dabo, quo Chriſtus vtitur: *Aqua quam ego dabo*
” *ei*: Declarat enim eleganter gratiæ naturam,
” quæ quid eſt ex mera voluntate & gratuita da-
” tum liberalitate, qua de cauſa ſingulari myſterio
” (loquitur idem doctor) illo verbo vtitur Pro-
” phetia regius de Chriſto pſalmo primo locutus: Pſ. 1. 3.
” *Erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus*
” *decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit*
” *in tempore ſuo* Eſt autem diuina gratia huius
” arboris diuinæ proprius fructus, quem ille ſolus
” poterat in mundum adferre: *Vidimus eum ple-* Ioan c.1.
” *num gratiæ & veritatis & de plenitudine eius* 14.
” *nos omnes accepimus, gratiam pro gratia.* Ipſe
” fons eſt gratiæ, de quo emanat omnis gratia, vt
” alias exponimus. Dicit autem, quòd fructus ille
” detur; *Fructum ſuum dabit.* Prima fronte non
” hic congruere videtur (inquit ille) verbū dandi,
” propriè lo- loquendo de arboribus: quia dare,
” quendo, tantummodo dicitur de eo, qui liberam
” habet dandi voluntatem, quā dat, quod dat, vnde
” Chriſtus eo verbo vſus eſt, de ſupremo omnium
” dono locutus quò nos Pater æternus dignatus
” eſt, ſuum nobis filium dans vnigenitum, de-
” clarans per hoc, quàm illum nobis bona volun-
” tate tradiderit, & tantum ex illa nullo præce-
” dente titulo iuſtitiæ, quo ad hoc obligaretur. Ioan c. 3.16.
” *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vni-*
” *genitum daret.* Et eadem phraſi loquitur D.
” Iacobus, vt declaret, id quod nobis dat Deus,
” liberè meraque illum dare voluntate. *Qui dat*
” *omnibus affluenter.* Iacob. 1.5.
” Vnde apud Auctores, qui propriè loquuntur
” ac ſtrictè, non inuenies (inquit) quòd dicant, ter-
” ra dat herbas, ſed producit, nec arbor dat fructū,
” ſed fert fructū, vt videre licet in forma loquen-
” di Spiritus S. in creatione mundi: qui dando ter-
” ræ virtutem herbas producendi non ait: det terra
” herbas, ſed producat terra herbas, non ait: dent D.Amb
” arbores fructum, ſed germinent; verba do vobis Gen.c.
” S. ſcripturæ: *Germinet terra herbam virentem* 1. 1.
” *& facientem ſemen &c Et lignum pomiferum*
” *faciens fructum iuxta genus ſuum. Ligna terræ.* III
” (D. ait Ambroſ.) *Fructum non dare, ſed ferre* Chri-
” *dicuntur.* Vt quid igitur ait Dauid: *Lignum,* ſtus ſo-
” *quod fructum ſuum dabit?* Quia de Chriſto lo- lus di-
” quitur diuinæ arbore ſapientiæ, arbore vitæ, cu- citur
” ius fructus gratia eſt, & propriiſsimè dicit, quòd propriè
” ipſe talem det fructum: ipſe namque eſt, qui li- dare vt
” bera ac gratuita ſua voluntate diuinam com- lignum
” municat abundanter gratiam, cui beneplacue- fructū
” rit, & quomodo voluerit, & per ipſam pro eius ſuum.
” beneplacito illam recipimus: *Vnicuique noſtrum* Epheſ.c
” *data eſt gratia, ſecundum menſuram donatio-* 4.7.
” *nis Chriſti.* Per quem maxima *& pretioſa nobis* 2. D.
” *promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ* Pet. c.
” *conſortes naturæ.* Arborem hanc diuinam con- 1. 2.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. Amb. In Pſal. Tom. 2. „ templare, quâ ratione ſuum offerat dare fru-
„ ctum. *Aqua quam ego dabo &c. Lignum vitæ,*
„ *& ſapientiæ* ( Loquitur D. Ambroſ. ) *Dat*
„ *fructum, hoc eſt, largiter donat.* Ipſe ſolus eſt,
„ qui propriè dicere poteſt, quod iſtas det aquas.
„ Illæ ſunt ( ait ) quas vidit Ezechiel de templo,
Chriſto inquam profluentes, viuas adeo, vt in
mare delapſæ, illud dulcorarent, piſceſque mor-
tuos reuocarent ad vitam: Erant illæ fluminis
Apoc. ca. 21. illius, quod procedebat de ſede Dei & Agni. Vt
vidit D. Ioannes: quia gratia de Deo procedit,
eamque Deus nobis per Chriſti merita commu-
IV. Tres aquę Chriſti cõditiones. nicat, vt dicendum erit. Hæ ſunt aquę Chriſti,
cuius declarat ipſe prærogatiuas, tres earum ex-
ponens qualitates mundanis aquis oppoſitas:
ſunt etenim obtentu faciles, hominibus propriç,
ſitim extinguunt & ſatisfaciunt appetitui. Illas
igitur expendamus.

V. Cõditio quod gratis det. Hæc eſt earum prima grataque conditio:
quòd gratis dentur, & verè ſunt munera, idcirco
Dominus bis reperit: *Aqua quam ego dabo.*
Data ſunt, & gratis dat, omnibus qui illas vol-
uerint acceptare. Vt autem hoc declaret, iubet
hoc voce præconis per Iſaiam proclamari:
Iſai. 55. *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non*
*habetis argentum, properate, emite, & come-*
*dite abſque vlla commutatione.* Oſtendit D.
Ioanni Euangeliſtæ fluuium, de quo diximus,
aquarum viuentium ipſo cryſtallo ſplendidio-
Apoc. 22. rem: *Oſtendit mihi fluuium aquæ vitæ, ſplendi-*
*dum tanquam cryſtallum, procedentem de ſede*
*Dei & Agni.* Aquæ adeo viuentes, vt omnibus
darentur accedentibus, & arbores illis irrigatę
adeo viuidę erãt, vt nedum earum fructus, ſed &
folia vitam infunderent mortuis, ſalutemque
ægrotantibus optatiſſimam. Viden' Ioannes
has aquas, quàm viuæ ſint, quàm pretioſæ,
quàm fructuoſæ? Igitur denuncia: *Qui ſitit*
*veniat, & qui vult accipiat aquam vitæ gra-*
*tis.* Nihil aliud ad eas alicui dandum expoſci-
tur, quàm vt ipſe illas velit: *Qui vult acci-*
*piat gratis.*

Satis ſuperque de hoc diximus illa Domini
ad Paralyticum verba ponderantes: *Vis ſanus*
*fieri?* Et optimè dixit nobilis ille apud Diuum
Auguſtinum, de quo paulo ſuperius, qui per-
penſis laboribus quibus ad Imperatoris terreni
gratiam ſcanditur, quibuſque in illa proficitur,
VI. Deus diuitias nõ requirit. adiungit: *Amicus autem Dei, ſi volo, ecce nunc*
*fio.* Non à te requirit tuas Deus diuitias, tua
bona, vt tibi ſuæ gratiæ aquas largiatur cœle-
ſtes, quinimo præcepit illis abrenuntient illi,
quos his vellet implere, ſuos Apoſtolos, & iu-
uenem illum, qui ab eo quærebat: *Quid fa-*
*ciendo vitam æternam poſſidebo,* remiſit, ac
præcepit: *Vade vende omnia, quæ habes, &* Matt. 19.
*da pauperibus, & veni ſequere me, & habebis*
*theſaurum in cœlo,* vt ſe omnibus, quæ mundi
erant, denudaret, Chriſtum ſequeretur; Clamat
iis quibus nec aurum eſt, nec argentũ vt emant;
ore prophetico: *Et qui non habetis argentum,*
*properate, emite,* ô Domine & quid ais? *Venite,*
*emite, qui non habetis argentum.* Hoc primum VII.
ab emptore quæritur & requiritur, vt argentum
habeat: etenim ſine illo fruſtra nundinas fre-
quentat, officinas accedit, vt ſerica, bombyci-
na, aulęa, byſſum &c. ſibi comparet. Sic eſt,
vt dicis, in illis, qui terrena hæc pretioſa con-
quirunt, attamen in mea officina non dantur
pretioſa gratiæ meæ aulæa, ſerica, & polymita
virtutum, niſi pretio voluntatis; illi namque
plura dantur, qui feruentiorem habet volunta-
tem, atque conſtantiorem & eadem mea gratia
acriùs concitatam.

Sępe numero verba illa Domini trutinamus, Io. 4.
quæ Diuus Paulus adducit quibus probat, quàm
gratuito nobis Deus ſua offerat dona. *Ne dixe-* Rom. 10.
*ris in corde tuo: Quis aſcendet in cœlum? id eſt*
*Chriſtum deducere, aut quis deſcendet in abyſ-*
*ſum? hoc eſt, Chriſtum à mortuis reuocare: Sed*
*quid dicit Scriptura? Prope eſt verbum in ore*
*tuo, & in corde tuo &c.* Non à te expoſtulat
Deus, vt in cœlum aſcendas aquas quæſiturus,
quas in mundi creatione cœlis ipſis ſuperpo-
ſuit, vt Dauid teſtatur: *Aquæ quæ ſuper cœlos* VIII.
*ſunt.* Nec vt in abyſſos deſcendas, vt eas quæ in
profundo latent, inquiras: gratanter tibi illas
dat, illas ex corde flagitanti: *Prope eſt verbum*
*in corde tuo &c.* Tam faciles ſunt aquæ obtentu
vt eas ipſe vltroneus offerat, ipſe roget ipſos
aquarum aſpernatores. Quoties ad animæ tuæ
grauiter pulſat oſtium, ſuas tibi offerendo mi-
ſericordias? *Ego ſto ad oſtium & pulſo.* Ex in- Apoc. 3. 20.
genio prodit D. Ambroſij conceptus ille, quem
notauit in notiſſimis illis aquis de petra Horeb D. Amb.
ſcaturientibus. Siti nimia populus exardeſcebat: In illud Pſal.
ad Deum Moyſes confugit, poſtulans extremæ
neceſſitati remedium. Vade ( præcipit Dominus) Tom. 2.
tu cum ſenioribus populi, percute petram in
montis Horeb cacumine præcelſam, & fluent Exod. 17.
aquæ largiſſimę: *Et exibit ex ea aqua vt bibat*
*populus.* Acceſſit promptè Moyſes ad petram,
virgâ percuſſit, & in fontem conuertit, cùm
ſuauiſſimum, tùm abundantiſſimum: idcirco

vocantur

vocantur aquæ illæ, mel: *Eduxit mel de petra.* Prodit Apoſtolus & ait: Ne crediderís opus hoc eſſe vacuum aut inane, quinimo in hoc nobis Dominus non contemnendam præmiſit figuram eius, quod in mundum veniens factus homo eſſet impleturus: *In figura facta ſunt noſtri.* Etenim petra illa ſuperefluentes regurgitans aquas, ſymbolum eſt Saluatoris, cuius aquæ noſtram eſſent ſitim extincturæ: *Bibebant autē de ſpiritali, conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus.* Duo de petra illa commemorat. Primum quòd eſſet ſpiritualis: *De ſpiritali.* Secundum, quòd illos ſequeretur, *Conſequente eos* Quomodo ais: *De ſpiritali petra?* Nonne corporalis erat & viſibilis? Deinde quomodo dicis, quòd eos ſequeretur? Nonne ſemper eodem loco manebat immobilis? diuinis ſcatent hęc verba myſteriis. Petram illam dicit ſpiritalem: licet enim in ſe corporalis eſſet, & ſenſibilis, myſteriis tamen & ſacramentis erat plena ſpiritalibus, ex illa ſcaturientibus maiori vbertate, quàm aquæ ex illa dimanantes: de quibus SS. Patres miranda concipiunt.

*Deut. c. 32. 12.* — IX. Petra Horeb Chriſtū ſignat — *1. Cor. c. 10. 4.*

Verbum illud, *Conſequente eos,* multi intelligunt, quod idem ſit, ac *Satiante eos,* quod ſuis aquis ſitim expleuerit Iſraelitarum. Ita declarat D. Thom. *Conſequente, id eſt, ſatisfaciente, eorum voluntati* Sic enim indicat (inquit propheta Dauid) *Deſiderium eorum attulit eis.* Similiter & D. Anſelmus, aliique Patres. D. Hieron. multorum hebræorum indicat ſententiam opinantium, quòd ipſa petra in fontem mutata populum per viam comitaretur, quæ ſententia, licet vt ſonat, ſuas patiatur difficultates, eſt tamen admirabilis, ſi illam explicaueris cum D. Ambroſ. qui ait, quòd petra tam vberes ex ſe gurgites diffunderet aquarum, vt ipſos ſequeretur Iſraelitas, ita vt ipſis ſatiatis ac eas fugientibus, nihilominus poſt illos fluxu perpetuo ſequerentur, & per oſtia tabernaculorum intrarent, ac per quamlibet rimam, tali vbertate, vt illas viſi facerent, ſicut & manna, & quo illas fugerent: *Aqua fugientes populos ſequebatur, vt biberent, vt non ſitirent, redimerentur & non perirent:* Notate hæc verba, *Fugientes populos ſequebatur.* Ad quid hæc omnia? D. Paulus (inquit D. Ambroſ.) vobis hoc exponit ſubiungens: *Petra autem erat Chriſtus.* In illa petra Chriſtus figurabatur, fons aquarum viuentium & diuinarum: etenim illas tantâ largitur abundantiâ tantâque multitudine gratiæ, vt nedum eas offerat poſtulantibus, ſed & ipſos eas fugientes ſequatur, illis per portas eorum influat; ita vt aliquando tibi ſuperfluæ, moleſtęque eſſe videantur. Quoties tanta te fatigauit abundantia gratiarum? quoties exclamaſti: Heu toties confiteri, toties communicare, tot ſtationes, tot conciones, tot ſacra tot indulgentiæ! Hinc tibi liquebit quàm nullô negotiô diuinę gratiæ fontes obtrudantur. Heu quàm hoc iniquo fert animo Deus, qui has te videt vilipendere, gratis tibi oblatas, & quod adaquatum curras ad ciſternas fœtentes, diſſipatas, vermibus execrandas: *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Et paulo poſt: *Et nunquid tibi vis in via Ægypti vt bibas aquam turbidam. & quid tibi cum via Aſſyriorum vt bibas aquam fluminis?* Appellat aquam fluminis, aquam Nili, quæ ſemper gurgite fluit turbulento, ac lutoſo. O prodigium; cum homo ſit adeo bonorum amicus, & laborum inimicus, illa ſectetur, quæ ſunt ipſis depictis bonis viliora idque immenſis laboribus; & illa bona deſerat, ac contemnat, quę viua ſunt, vera, ſolida gratiſque pręſentata. Quis non obſtupeſcat? Magnos nobis præbet hæc materia diſcurſus, omnibus obuios qui ratione & intellectu pollent: in ſe namque reuerſus, dicat dignitatum ardelio cum nobili illo ſuperius relato: *Dic, quæſo te, omnibus iſtis laboribus noſtris quo ambimus peruenire &c.*

☞ 81. X. Quomodo petra Iſraelitas ſequeretur. D. Thom, *Inc 10. 1. ad Cor. lect. 1. Pſ. 77. 26. in c. 10. 1. ad Cor. loc. cit.* — D. Ambr. — XI. Chriſtus gratiam ſuam offert etiā nolentibus. — *Hiere. c. 2. 12.*

Faueat mihi Deus, quid ego ita laboro, tantis anxietatibus, curis, muneribus, correſpondentiis animi prætenſionibus, vilem venatus dignitatem ſeu honorem, quem neſcio num ſim conſecuturus, & cum iam obtenuero num mihi ſit permanſurus; & ſupremam tantummodo volendo dignitatem, quæ eſt eſſe filium Dei, ac regnorum eius omnium heredem, obtinere poſsim, nec tamen illi conquirendo vel parum adlaborem? Heu me damnatum (exclamet auri cupidiſsimus) quid ſtudeo corporis & animæ laboribus intentus, vires meas ſortemque principalem exponens quatuor aſsium inhians lucro, quos neſcio an ſim lucraturus, & obtentos num ſtatim non ſim perditurus: & cum ita ad manum habeam omnes cœli diuitias in æternum duraturas, non ad eas oculos vel ſemel dirigam? Me miſerum (ingemiſcat cum prodigo ſenſualis) quod infelix peream appetitibus eroſus carnalibus, ſenſibus iſtis de-

XII. Peccatores miſeram ſuā deplorent ſortem.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſiderans ſatisfacere ſordidis & impudicis, ipſis porcis inhoneſtior: & qui gaudere poſsim, paternæ domus opibus, in talem prolapſus ſim abiectionem miſeramque ſeruitutem, ſubiectū diabolo mancipium? qui hæc fieri credat. Obſtupeſcant cœli, mirentur Seraphim, quinimo perpetua nos huius rei capiat admiratio. Hæc igitur eſt, prima aquarum Chriſti conditio, nimirum quòd obtentu faciles ſint, vtpote datę. *Aquam quam ego dabo ei.*

### § 28. *Secunda conditio, quòd propriæ ſint hominibus, in quibus Deus reſidens, ſit fons:* Fiet in eo fons &c.

2. SEcunda conditio aquarum Chriſti ei eſt, vt propriæ ſint homini: *Aqua quam ego dabo ei*, Illi in particulari. Et in hoc, quod Chriſtus huius aquæ declarat excellentiam, aſſerit quod per modum dubij propoſuerat Samaritana, & pro certo confirmat, quod illa difficile credebat, omnemque ſepelit dubietatem. Et in hoc ipſe cœpit ſe Dominus, quis eſſet, manifeſtare; quatenus hinc pateat, quàm excellens ſit hoc aquarum donum, quod illi offert, quantòque ſit ille dignior, qui dixerat: *Da mihi bibere.* Dixerat illi mulier reſpondendo ei, quod Chriſtus de doni magnitudine, quod illi promittebat, dixerat dum aquam peteret, & cœleſtis fontis ſibi ſponderat aquas: *Numquid tu maior es Patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum.* Cui licet non reſponderit verbis hoc illi concedendo, & ita eſſe affirmando, prout illa interrogabat, ne mulieri daret occaſionem, indicandi, quòd hoc ex quadam ſuperbos proferret arrogantia, vult nihilominus hoc illi opere confirmare, per hoc illi declarans, ſic eſſe, quòd ſcilicet maior eſſet & dignior Patre Iacob, vt per hoc ab illa cognitus, eius ſibi conciliaret reuerentiam, & ſubiiceret ſuæ doctrinæ, obedientiæ, & adorationi feminæ voluntatem. Habuerunt Iacob vt virum eminentem, meritiſque ſublimem, qui plurima à Deo conſequebatur, eo quod huius putei aquas Prouinciæ conceſſerat Samariæ, ex quibus ipſi, eorum armenta maiora & minora adaquabantur.

I. Chriſt facto demonſtrat ſe eſſe maiorem Iacob.

Hinc format ſuum Redemptor noſter argumentum, quo ſeipſo Iacob exponat eſſe ſuperiorem. Si Iacob nomen obtinuerit magni atque excellentis, ob conceſſas vobis huius putei aquas, quæ non niſi ad breue tempus ſitim extinguunt, nec aquæ ſunt viuæ, ſed animalibus brutiſque communes; quantò ſum ego dignior ac venerabilior ipſo Iacob habendus, qui tibi aquas do, & exhibeo, quæ nedum ad breue tempus ſitim exſatiant, ſed in æternum: etenim qui vel ſemel ex illis biberit aquis quas Chriſtus exhibet, ſitis ardorem non ſentiet, in æternum. Deinde aquæ ſunt viuæ, brutis ac animalibus non communes, ſed creaturis propriæ tantum intellectualibus. Illas bruta non capiunt, nec cæteræ bibunt creaturæ corporales, non cœli, ſol, luna, ſidera: gratia namque participatio quædam eſt naturę diuinæ, per quam anima in ſe eſſe recipit diuinum, omnibus, quæ mundus extollit, eminentius, imo ipſis Angelis, ac ſupremis dignius Seraphinis. Hanc non capit, niſi natura intellectualis Angelica ſcilicet & humana.

II. Qur Chriſtus ſit maior Iacob.

III. Sola creatura intellectualis eſt capax huius aquæ.

Accurratiùs hoc nemo deſcribit, quàm ipſe Rex, & Propheta Dauid: vt notat D. Auguſt. expendens Dei miſericordiam qua cunctis prouidit creaturis abundanter. *Homines & iumenta ſaluabis Domine, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus. Filij autem hominum ſub tegmine alarum tuarum ſperabunt, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos: quoniam apud te eſt fons vitæ.* O Domine, quàm magna, extenſa & multiplicata eſt miſericordia tua: hoc ſignificant illa verba ſi legeris ea cum admiratione. *Quemadmodum id eſt, quantum multiplicaſti miſericordiam tuam!* Ad omnes peruenit, extenditur, multiplicatur, quantum tot multiplicantur creaturæ.

In pſ. 35. & Tract. 30. in Ioannem. Pſ. 35. 7.

IV. Dei miſericordia extollit Dauid.

Cum omnibus prouideas, omnibus des vitam, ſalutem, & alimentum, iuxta cuiuſque naturam homines & iumenta multiplicans. *Homines & iumenta ſaluabis Domine.* Verumtamen hoc euidentius liquet in eo quod filiis offers hominum. *Filij autem hominum &c.* Nota cum D. Auguſt. quòd ponat homines & filios hominum: Licet enim in S. Scriptura ſæpiùs hęc nomina idem ſignificent, hic tamen diuerſa denotant, ſecundum quod homo in ſe duas valde differentes complectitur naturas: vnam generalem & communem animalibus, quā participat cum iumentis, quocirca illos ſimul connectit *Homines & iumenta.* Alteram ſuæ ſpeciei propriam, ſcilicet intellectualem & rationalem, iuxta veramque illi conſulit Deus: Secundum illam quam habet cum animalibus cōmunem, illi prouidet,

V. Differt homines, & filii hominū.

quemadmodum

quemadmodũ & illis. Creauit Adam & Euam, & in paradiſo conſtitutis illis ait: En vobis & animalibus proſpexi, vt comedatis, quaſi ex eadem lance, fructus herbaſque terræ: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna &c. vt ſint vobis in eſcam: & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli; & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum.*

VI. Vtriſque prouidet Deus. Gen. c. 1. 29.

Videte terræ aquas, cibos, delicias corporales, vires, pulchritudinem, agilitatem, ſanitatem. Hæ ſunt illæ aquæ putei terreni, quem creauit Deus hominibus & iumẽtis communem, omnes ex illos hauriunt aquas, illas ſectantur vt diximus.

VII. Quæ ſint aquę homini proprię?

Alias autem aquas, (ait Dauid) habes ô Domine, filiis hominum proprias, id eſt homini, ſecũdum illud, quod ſibi ſuper animalia propriũ eſt, nimirum aquas diuinas tuæ gratiæ, donorũque cœleſtium, aquas quæ explent appetitum, & ſitim eas bibentis extinguunt, vt vidimus (inquiũt D. Ambroſ. & D. Auguſt.) in Apoſtolis: cum enim ipſo die Pentecoſtes, ex illis bibiſſent ſuperefluenter, illos Iudæi iudicarunt ebrios: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* (Pſ. 35.) Illę ſunt igitur aquę tibi proprię, quarum fons tua ipſa eſt natura diuina: *Quoniam apud te eſt fons vitæ.* Illiſque ſunt proprię, qui naturam habent iuxta imaginem & ſimilitudinem tuam, ſcilicet hominibus. Aquæ diuinæ, quas nec capiunt, nec recipiunt homines, vita viuentes animalium, qui pari cum illis paſſu procedunt vt irrationales: *Homines & iumenta*, quam aptè de illis Apoſtolus: *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei.* (1 Cor. c. 2. 14.) Quocirca nec illas æſtimant, nec optant, nec magnifaciunt, nec illas inueſtigant ex deſiderio.

VIII. Hominũ deploratur miſeria.

Quo doloris ſenſu illis hęc verba Dauid acclamat prudentiſſima: *Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* (Pſ. 4. 3.) Conuenit hoc *Filij hominum*, cum illo, *Filij autem hominum*: etenim cum homine loquitur iuxta illud quô natura cæteris ſupereminet animalibus, & omnibus quæ in mundo continentur, eſt excellentior, ſecundum quod ad imaginem Deique creatus eſt ſimilitudinem. Heu quãta calamitas, ô mortales, vt fieri poſsit, vos omnẽ mouere lapidem, vt bona conquiratis corporalia, delicias ſectemini carnales, appetitus ametis inordinatos, bona ſubſtantiæ adeo exiguæ, vt in illis plus quam homines participent animalia! Quid non agis pro cibo & potu, quid pro veſtimento? quid pro breui peritura ſanitate? quo ſtudio non laboras, domina, vt pulchra appareas, & tu pro perdita ſalute recuperanda? quàm his omnibus perfectiùs ac integriùs potiuntur animalia? *Diligitis vanitatem.*

IX. Aquę homini propriæ, eſt gratia.

Quod deſideratis vanitas eſt, & inſtar fumi diſpergitur ſanitas, robur corporis, opes venuſtas: *Quæritis mendacium.* Aquas quæritis mendaces, quę nihil habent præter inanem apparentiam, & quando manu illas apprehendis, mendaces eſſe inueniuntur. Aquas quære tibi proprias, diuinam ſcilicet gratiam, donaque cœleſtia. Faxit Deus aperiantur nobis oculi, & aquarum nobis iſtarum pateat excellentia & gratiæ pulchritudo, eſſe illud ſupereminens, quo Deus animam dignatur, quã velut SS. Trinitatis thronus fulgeat ſplendidiſsimus, in qua multò reſidet ſublimiùs, quàm in ipſis cœlis empyreis. Hæ ſunt illæ aquæ, quas non capiunt animalia, nec cæterę creaturæ materiales, licet ſint ipſi cœli lucidiſsimi. Quinimo mihi perſuadeo, Chriſtum hoc verbis illis præclariſſimis indicaſſe, quę profundiſsimos S. Theologiæ concludunt articulos: *Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Etenim per aquas gratiæ quas Deus animę clargitur, fit, vt in ea inhabitet ipſe Deus, fons factus diuinus omnium ſuorum bonorum, quibus non habet aut digniora, aut eminentiora.

X. Quomodo Deus habitet in anima.

Difficile eſt intellectu, quo modo Deus per diuinam ſuam gratiam habitet in anima: licet etenim nihil ſit ſæpius repititum, opinor tamen nihil à vobis minus intellectum. Habitat Rex in ſuo regno, non perſonaliter in omni exiſtens loco, ſed in curia ſua reſidens imperat, ordinat, diſponit & ſuorum regit miniſterio ſeruorum. Eſt autem anima exiſtens in gratia, regnum Dei, in quo tota inhabitat. SS. Trinitas. *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* (Ioan. c. 14. 23.) per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, non tantum in eſſe naturali, dando ac conſeruando bona naturæ, ſicut eſt in omnibus rebus, iuxta declarationem D. Thomæ, ſed ſecundum eſſe ſupereminens, quod idem Doctor ibidem vocat, *Singularem modum*; (1. p. q. 8. a) fons factus diuinus, ſupra omnem naturam, & ſupra omne quod creatus intelligere poteſt intellectus, quô ſit, vt cor ſit quaſi ſcaturigo aquarum adeo viuentium, vt in vitam proſiliant

ſempi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſempiternam: quia reſidens Deus in anima per gratiam, fit ipſa purus & excellens aquarum fons diuinarum, quas ex ſe diffundit, dat lucem intellectui, quò illuminatur, amorem voluntati, quo inflammatur, fortitudinem iraſcibili potentiæ, concupiſcibili temperantiam, omnem auferendo ex illa ſocordiam, eius ardores moderando, guſtum infundit ineffabilem, cuius ignarus eſt mundanus, quique cor habent terrenis implicatum. *Quem mundus non poteſt accipere, nec ſcit eum,* ait Chriſtus ſed vt Ioanni dixit Angelus, ille dumtaxat qui illum meretur accipere. *Ioan. c. 14 23.*

XI. Hoc vidit S. Thereſia.

Huius quandam imaginem ſeu ſplendorem conceſſit Chriſtus chariſsimæ ſibi ſponſæ S. Thereſiæ de Ieſu: vidit etenim die quodam, qualiter eſſet Deus vnus in eſſentia, trinus in perſonis in anima ſua: quòd illam totam occuparet, totam impleret, velut ſi omnes pelagi aquæ vnâ ſpongiâ comprehenderentur, totam illam penetrantes, inebriantes, occupantes, omneque ſpongiæ vacuum adimplentes.

XII. Similitudines.

Et quaſi ſol eximio concluderetur adamante, qui ſuos per illum perfectè radios diffunderet, quibus illum illuminat, calefacit, ornat, & quallibet ex parte mille ſplendoribus, radiiſque decorat ineffabilibus. Hinc intelliges, quid ſit quod frequenter diximus, communis eſt S. Scripturæ loquendi modus: quòd Deus regnet in electis ſuis in hac vita per gratiam, & in altera per gloriam, quæ perfecta eſt gratia: q. d. quòd ſit in anima eo modo, quò mare totum eſſet intus in ſpongia, & ſol in adamante, ſuam illi communicans lucem, ſplendorem, calorem, pulchritudinem, dans animæ eſſe quoddam diuinum, quo Deus ipſe eſſe videatur, ſicut adamas, qui totum in ſe ſolem comprehenderet, ſol ipſe eſſe videretur.

☞ 83 Venit Deus & in ipſa reſidet, vt Rex in ſuo regno, imo & multò excellentius: Rex etenim in ſuo regno reſidet, ex eo ſua recipiens bona, & à ſubditis quæcumque conſeruandæ regiæ ſuæ ſunt neceſſaria Maieſtati: Deus autem non aliquid ab anima noſtra recipiens, nec ab eius potentiis, ſed ipſi, illiſque tribuens, & integrè, atque perfectè quidquid boni poſſident, communicans: in hoc enim conſiſtit Dei regnum in animis electorum: Hæc omnia illis in hac vita communicat ſecundum ſuam capacitatem, & in gloria completè ac perfectè, & in hoc gloriæ ſtatum ſtatuimus; quòd Deus in ſingulis regnet beatis, ipſe totus in ſingulis inhabitans, ſuorum factus bonorum fons æternorum.

His conceſſis, innoteſcit quod, dum de gloria diceremus, ponderabamus ex Ioële Propheta: *Per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum.* In hac vita habitat Deus in anima: quia gratiæ recipit aquas, velut in propria domo, & regnat non taliter qualiter, ſed fons factus, qui totum irrigat hominem, omneſque perluit animæ potentias: *Fiet in eo fons.* Omnes areas rigat hominis, corporis & animæ, vt canere cum Dauide poſſit: *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Paulum conſidera, in quo reſedit, ita vt in eo inhabitans ſe fontem oſtenderit, lucem eius infundens intellectui, voluntati charitatem, debiles eius potentias erigens, rebelles reprimens motus, oculos in aſpiciendo componens, linguam in loquendo pedes in ambulando &c. Seraphim contemplare terrenum D. Franciſcum, & Apoſtolum omnimodis mirabilem S. P. N. Dominicum, cæteroſque Sanctos; recepta namque diuina gratiâ, requieuit in illis Deus factus fons vitæ: *Fiet in eo fons aquæ &c.* XIII.

Aquæ vitæ tales ſunt, vt ad eas nequeant accedere animalia, nec ipſi cœli; ne quidem empyreum, ſecundum ſubſtantiam ſuam materialem: quoniam has aquas ſolummodo creaturæ recipiunt rationales ſeu intellectuales. Hoc arbitror Chriſtum his verbis intimaſſe cum dixit: *Regnum Dei intra vos eſt.* Ne credideris præcipuum Dei regnum, cœlorum amplitudine contineri, nec ſiderum eminentia nec terræ latitudine cum ſuis mineralibus, fontibus, plantis, arboribus &c. Quia in his non reſidet Deus, velut in throno, vbi ſe poſſit extendere, bona gratiæ ſupernaturalis communicando: quoniam hoc ſolum intus fit in anima; quæ horum omnium capax eſt, ipſa ſola fontis huius aquas recipere poteſt vberrimas. Has igitur Chriſtus exhibet mulieri: *Aqua, quam ego dabo.* O quale donum: nullum namque illo, maius poteſt Deus puræ concedere creaturæ tota ſua cunctipotens omnipotentiâ.

Vtinam nobis oculos tribuat Deus, quibus animam has aquas recipientem liceat intueri, quàm pulchra, quàm diues, quàm Deo grata præfulgeat! Hoc D. Catharinæ Senenſi apparuit, vt talem videret, ex qua viſione quaſi in extaſim rapiebatur admirabunda. Quocirca mos XV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illi inoleuerat, vt veſtigia prædicatorum & Confeſſariorum exoſcularetur, quia illa diuinæ gratiæ recipiendæ ſois præparabant exhortationibus. Idem aliquando contigit D. Thereſiæ omnis virtutis exemplari. Cum die quodam (ait illa) vacarem orationi, oſtendit mihi Deus per modum viſionis intellectualis, qualis eſſet animæ ſtatus in gratia: in cuius ſocietate SS. vidi Trinitatem intellectuali viſione, ex cuius ſocietate talem obtinuit anima poteſtatem, vt toti terræ dominaretur: & illa mihi verba Canticorum dabantur intelligenda: *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum.* Hinc autumo, tam profundam hauſit doctrinam pariter & Catholicam, vt librum illum de habitaculis compoſuerit à totius orbis ſapientiſſimis lectu dignum.

Catharina Senenſ. l. 9. The...

Cant. 6. 1

§. 27. Non ſitiet in æternum. *Tertia conditio, quòd ſatient, & ſitim extinguant, quod illa non valent.*

84 TAndem aquæ illæ ab alia commendantur conditione: nimirum quod ſatient, & ſitum totaliter extinguant: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei non ſitiet in æternum ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Profundiſſimam Theologiam, & ineffabilia continent hæc verba myſteria, quæ paulò ante cœpimus explicare, & ex prædictis patet, id quod Dominus dicit, quod quicumque biberis has aquas, non ſitiet iterum, quia cum illis, & per illas fiet in pectore eius fons aquæ vitæ ſalientis in vitam æternam. En tibi rationem propono fundamentalem: cur iſtæ aquæ cordis noſtri omnem perfectè ſatient appetitum: per ipſas enim, vt diximus, fit in corde fons aquæ viuæ, qui omnem implet appetitum, ſatiatque deſiderium. Sæpius expendimus, quòd nihil ex bonis creatis, nec ea omnia ſimul noſtri ſatiare poſsint cordis appetitum: eſt enim eius capacitas infinita, cum anima ſit creata ad Dei imaginem & ſimilitudinem, & illam ſolummodo ſatiare poſsit bonum infinitum, quod eſt ipſe Deus.

I. Cur aquę hę ſatiēt appetitũ.

Ex hac ſententia ſumpſit D. Auguſt. illorum Spiritus S. verborum intellectum, qui cum retuliſſet, qualiter in mundi principio creauerit Deus cœlos luminaribus, ſtelliſque præfulgidos, terram plantis & animalibus fœcundam, aquas piſces producentes, per aera aues volantes, tandem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam condiderit hominem, illique dederit animam quaſi de ſui cordis eductam penetralibus: *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ &c.* Quo facto, dicit: *Igitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrârat.* Gen. c. 2. 7. Quid indicas quòd Deus requieuerit? *Requieuit Deus.* Requieſcere dicitur, qui opus aliquod faciendo fatigatur, & laborat illud faciendo. Numquid forſitan Deus omnia creando laborauit, aut fatigatus eſt illa faciendo, & prægrandem hanc diſponendo machinam vniuerſi? Nemo tale quid ſibi perſuadeat, cum omnibus liquidò conſtet, quòd nullo labore ſteterit ei mundi creatio, quam ſolo præcepto credimus peractam, & quidem non verbo corporali, ſed vnico ſimplici volitione: *Non ita pueriliter* (monet D. Auguſt.) *accipiendum eſt, tanquam Deus laborauerit operando, qui dixit & facta ſunt, verbo intelligibili æterno, non ſonabili & temporali.* Communis SS. Patrum eſt opinio, quam D. Thom. deſcribit quod illa Dei requies tantummodo ſignificet, ceſſationem creationis nouarum creaturarum: *Nihil enim poſtmodum factum eſt totaliter nouum. Nullam deinceps nouam creaturæ ſpeciem fecit:* inquit Rupertus in illum locum.

II. Quę ſit hæc Dei requies.

D. Auguſt. L. 11 de Ciuit. Dei c. 8. & 31. Tom. 5. I. p. q. 75. 5. a 1. ad. 3. D Thom. Rupert.

Verumtamen ſublime D. Auguſtini ingenium vlterius progreditur. Recorderis (inquit) & hoc idem ad rem producit D. Gregorius quòd phraſi S. ſcripturæ, Deus id agere dicitur, quod in nobis ipſis agit. Ita loquitur Abrahæ: *Nunc cognoui, quod timeas Dominum.* q. d. Modo tibi feci innoteſcere, quòd me verearis. Et Apoſtolus ait de Spiritu Sancto: *Poſtulat pro nobis.* q. d. nos orare facit & poſtulare: Nec hic nouus eſt loquendi modus: quia & inter nos (inquit) illo frequentiùs vtimur. Dicis etenim: domus illa hilaris eſt, non quod domus illa in ſe quadam gaudeat hilaritate: eſt etenim eius incapax: ſed quia tibi cauſat hilaritatem. Deinde dicimus, epiſtola triſtis eſt: qui non exiguum tibi adfert mœrorem id, quod in ea continetur. Ex his inquit D. Gregor. intellige, quòd de die iudicij vniuerſalis ait Chriſtus: *De die illo vel hora nemo ſcit &c. neque filius, niſi Pater. Sicut enim nos diem lætum dicimus, non quod ipſe dies lætus ſit, ſed quia nos lætos facit, ſic dictum eſt nõ quod ipſe neſciat diem,*

III. Id dicitur Deus agere quod ipſe in nobis facit. L. 8 Epiſt. 42. ad Eulogium Patriarchã Alexãdrinum. Gen. c. 22. 12. Rom. c. 8. 27. Marc. c. 13. 32. D. Gregor.

*ſed quia hunc ſciri minimè permittat.* Igitur dicitur Deus ſcire, quando nobis indicat, & requieſcere quando nobis tribuit requieſcere. Hôc datô, quod ait, creato iam homine Deum requieuiſſe, ſignificat, quòd ſeipſum propoſuerit in requiem & refrigerium, in quo homo requieſceret, & à labore fatigatus reficeretur q. d. O homo creaui te in Dominum omnium, quas vides creaturarum, de me velut de principio procedis: in me debes ſiſtere, & velut in vltimo fine requieſcere: & ſicut ego ſolus tuę ſum eſſentię principium & origo, ita vt nulla tibi illam alia dare potuerit manus, quàm mea, quæ infinita eſt, ita ſum ego ſolus fulcrum, in quo perfectam poteris requiem obtinere: quia bonum ſum infinitum. Quaſi illi dixerit: *Ego ſum a & ω Alpha & Omega.* Vnde naſcitur illa Diui Auguſtini confeſſio: *Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.* Hinc diſce quòd quantumcumque vageris per creaturas, earumque te Dominum glorieris, tuum nequaquam explebitur deſiderium, ſemper te ſitis, te vexabit inquietudo, quamdiu Deum non habueris, qui totam hanc impleat capacitatem: arbitratur autem D. Auguſt. Romanos huius veritatis aliqualem habuiſſe cognitionem.

IV. Deus hominis eſt principiũ & finis.

Apoc. c. 1. 7.

D. Auguſt. L. 4 de Ciu. c. 16. Tom. 5

Prope prodigium eſt videre Deorum multitudinem, quos Romani adorabant, cuique homi-

☞ 85.

nis actioni ſuum affingebãt Deum. *Deos ſingulos ſingulis rebus, imo ſingulis motibus tribuebant.* Deam ſtatuebant Ageroniam, quæ illos ad agendum excitabat, Stimulã, quę acriter inſtigabat ad diligenter operandum, Murceam quæ homini quietem adferebat (hoc enim ſignificat *Murcidus*) Strenuam adorabant quę vires tribuebat, quibus homo robuſtus euadit: Has & alias Deas in ciuitatibus colebant: *His Deabus ſacra publica facere ſuſceperunt. Quietem vero appellantes, quæ faceret quietem, cum ædem haberet extra portam Collinam publice illam ſuſcipere noluerunt.* Nec paſſi ſunt illam intra ciuitatem collocari: Quæ poteſt ſubeſſe cauſa? Indubiè, quòd declarare voluerint, quod ipſa eos doceat experientia; nimirum, quòd in tanta bonorum multitudine, quantam ſe in vrbe ſua tenere iactabant cum tot Dijs ac Deabus, earum anima non eſſet ſatiata, nec quietus appetitus, ſed nec eſſe poſſet, omnes licet Deos poſſiderent, quos mundus comprehendit: *Vtrum indicium* ait D. Auguſt. *fuit animi inquieti, an potius ita ſignificatum eſt, quod qui illam Deorum turbam colere perſeueraret, non plane Deorum, ſed Dæmonum quietem habere non poſſet,* ad quam vocat verus medicus, dicens: *Diſcite a me &c. & inuenietis requiem, Venite ad me omnes qui laboratis, &c. & inuenietis requiem animabus veſtris.* Congregare tibi liceat omnes terrę Deos, & quidquid in ea boni continetur; ex illis cumulum tibi facere, ac in medio eorum ſedere, *Inter aceruos,* vt diximus ex Iob, ſiti nihilominus languens exareſces. *Calcatis torcularibus ſitiunt.* Etenim ſolus Deus eſt, qui poteſt animæ explere deſiderium, ſitimque ſatiare, Hoc eſt: *Inuenietis requiem animabus veſtris.* Non aquas promittit, quę delectent, & corpori adferant quietem: etenim hæ ſunt hominibus, brutiſque communes, quibus conuenit homo quantum ad corpus: ſed *animabus veſtris,* factis ad imaginem Dei.

V. Romani inter multas Deas, quietem non adorabant.

D. Auguſt. Iob. 2. 4. 11.

VI. Solus Deus animæ ſatietas, Matth. 11. 29.

Attende igitur quid dicat Dominus: *Quicumque biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum*: eo quod hæc aqua in corde eius qui illam biberit, fontem creet perennem & diuinum: Quia hę aquæ gratiam notant præuenientem, in anima reſidentem, cum qua totam recipit SS Trinitatem: *Ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus.* Et cum ſit Deus aquarum fons viuentium, tali ſcaturiunt aquæ gratiarum concomitantium, & ſubſequentium vbertate, vt ex Theologorum ſententia, in vitam proſiliant ſempiternam: eo quod illam mereantur, & amodo eius habeant radicem ac principium, Deum in ſe poſſidendo. Et hæ aquæ pectoris ſatiant appetitum, & rerum extinguunt ſitim terrenarum, velut ros ille cœleſtis ardorem flammarum fornacis Babylonicæ temperauit.

VII. Fons gratiæ in anima, Ioann. 14. 23.

Hic aquarum fons eſt cœleſtium, quem dicebamus Deum Ezechieli demonſtraſſe, qui de templo Dei profluebat, cuius aquę maris vndas amariſſimas reddebant melle dulciores: quia de Deo in anima reſidente, aquæ dimanant gratiæ, charitatis, & virtutum: quibus amariſsimi mundi labores ſupra modum redduntur ſuauiſſimi, vt aliàs expoſuimus. En tibi fontem aquarum cryſtallinarum, ac ſplendentium, D. Ioanni præoſtenſum, de throno Dei procedentem, qui ſpatioſum ac peramplum rigabat aquis adeo viuentibus hortum, vt vitam arbores ita caperent, vt quidquid producebant, ſalus eſſet, vitaque optatiſſima: *Oſtendit mihi fluuium aquæ vitæ ſplendidum tanquam cryſtallum, procedentem de ſede Dei, &c. ex vtra-*

VIII. Fontis gratiæ deſcriptio.

Apoc. 22. 1.

que

*que parte fluminis lignum vitæ &c. reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem gentium.* Eminentes aquæ, quę totam animam, eiuſque rigant potentias, quæ ſunt velut arbores eius, vt fructus afferant vitæ: quia vt diximus, intellectum illuminant, inflammant voluntatem, roborant iraſcibilem, temperant concupiſcibilem, exteriores illas rectificant potentias, vt vitæ fructum proferant: ita vt quidquid agitur, in gloriam ſit Dei, & vitæ meritum ſempiternæ.

86. IX. Duplici ratione aquæ Christi ſitim extinguunt.

Hæ igitur aquę ſitim extinguunt, & explent duplici ratione deſiderium. Prima: ſi namque ſitis ſit & appetitus boni infiniti, bibendo has aquas, ipſe Deus poſſidetur, qui bonum eſt omnimode infinitum, & omnes animæ menſuras adimplet: cum hæc enim facta ſit ad eius imaginem & ſimilitudinem, in ipſa quieſcens, eam imple, eo modo quó impleret imaginem ſculptam in ſigillo, in illam ipſam ſigillum imprimendo. Secunda: ób rationem ſæpius dictam á contrario. Aquę bonorum mundi, non ſatiant animæ ſitim, quia non eò intrant, vbi ſitis eſt. Si manus tua tubere laboraret ardentiſſimo, & ſumptam magnam gelu copiam pedi ſuperponeres, illam ſimiliter niui inuolueres, non idcirco manus ardor refrigeſceret, manui gelu eſt, non pedi apponendum. Et ſi fame

X. Similitudo.

intereas rabida, non illam pane, quem panario recludis, exſatiabis, quantumlibet bonus, multuſque ſit panis, ſtomacho non iniiciatur, qui fameſcit, qui ſatiandus.

XI. Cur bona terrena non ſatient. Pſ. 62. 2.

Vbi ſiti bonorum homo laborat? In anima, in corde: *Sitiuit anima mea.*

XII. Vnde naſcatur in homine deſiderium.

Recta decet Philoſophia, quód ſitis, appetitus, ſiue deſiderium in ſubiecto naſcitur ex eo, quod, cum ſit alicuius boni capax illo priuetur tantuſque excitatur appetitus, quantum eſt bonum illud, quo ſe dolet priuatum: quia donec illud obtinuerit, non ſatiabitur. Eſt aliquis, qui cum homo ſit, capax viſus, auditus, & narium, ſe his omnibus priuatum indoleſcit, hinc tam efficax in eo deſiderium excitatur, quod licet illi poſsis concedere quantum volueris potus, cibi, veſtis &c. his tamen non ſatiatur, donec illa conſequatur, quibus ſe priuari conqueritur. Creauit Deus animam noſtram ſubiectum boni capax infiniti, & ipſius Dei: propterea namque dicitur ad imaginem Dei, eiuſque facta ſimilitudinem. Eo in tantum ſe priuatam ingemiſcit, vt ex ſe nullum habeat bonum: (*Tanquam tabula raſa, in qua nihil eſt depictum*: ait Philoſophus) ex hoc excitatur in ea ſitis, ac deſiderium adeo viuum (quod multi vocant *Pondus naturæ*: in cuius exponendis myſteriis modó diutiùs non licet immorari) bonum illud infinitum poſsidendi, veritatem intellectu infinitam, voluntate bonitatem in ſeipſa infinitam atque eſſe diuinum & infinitum. Tribue illi quantumlibet volueris: ſi non ſit illud, manet inextincta ſitis, & inſatiatus eius boni appetitus: & hæc eſt ratio, quam præmiſimus, cur animam bona cætera non exſatient, cuncta licet obtineat.

XIII. Sitis intus eſt nō foris.

Dicito mihi: hæc ſitis vbi eſt? Vbi deſiderium illud excitatur? In ipſa anima; quandoquidem ipſa ſit, quæ in ſeipſa bonorum illorum, quibus caret, eſt capax. Igitur in ſeipſa ſitim intus experitur. Videamus vbi bonorum aquas terreſtrium applices? Pecunias foris in arca detines, cibum in lingua, ſenſuales delicias in corpore, non ad fundum animæ penetrant, non cordis viſcera peruadunt: etenim anima vacua remanet. Hæc eſt illa ratio, quam Eccleſiaſtes Salomon appendit: Dicito mihi mortalium opulentiſsime, vbi ſiti laboras? in viſceribus animæ. Vbi bona terræ, diuitiaſque habes? Numquid illas intus poteris in anima collocare? Ibi foris illas in arca, in cellariis, in horreis poſsides. Hoc ad ſummum agere poteſt anima, quod accedat

Eccl. c. 5. 10.

eas per oculorum feneſtras inſpectura: *Vbi multæ ſunt opes &c. quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit diuitias oculis ſuis?* Non poſſunt hæ aquę peruadere, nec ad cor vſque penetrare, vbi ignis inflammeſcit, & ſitis reſidet aridiſsima; his omnibus illam eſt impoſsibile ſatiari.

XIV. Quales ſint aquę Christi.

Verumtamen aquæ tuæ Domine, quales, quæſo, ſunt? hæ, ſanè ad intima cordis penetrant: in illo namque recipiuntur: *Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ viuæ &c.* Ponderes illud: *Fiet in eo fons.* Si lingua tibi calore vreretur ardentiſsimo, atque in ea tibi lapis poneretur cryſtallinus adeo mirabilis, vt in ea poſitus in fontem verteretur ſic refrigerantem vt nihil magis, quem ſemper in eadem haberes lingua, limpidas æquè ac dulces ſcaturientem aquas, quàm vehementer ardor linguæ temperaretur. Hac virtute pollent aquæ Redemptoris!

XV. Similitudo.

*Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons &c.* Quàm elegans aquarum gratiæ definitio, quod & ad intima peruadant animæ, & per illas petra cryſtallina reſideat diuina, Spiritus S. quem ipſe Deus appellat: *Calculum candidum, &* Apoc. c. 2. 17.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*manna abſconditum, quod nemo ſcit niſi qui accipit.* Ipſe cuius Epithetum eſt: *Fons viuus,* ipſe eiuſdem auctor gratiæ, & donorum ſupernaturalium, quæ cordis ſatiant appetitum. Hæ ſunt, ita hæ ſunt illæ aquæ, quas dat & offert liberaliter.

87. XVI. Confirmatur exéplis. Rom. cap. 5. 5.

O quam ſatiata gaudet anima! quàm ſine terrenorum ſiti tripudiat Apoſtolus Paulus, poſtquam ex his aquis biberat, vt diceret, vt dicere potuit: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Quàm ſaturi exultabant Apoſtoli, poſtquam illas tanta biberant vbertate ipſo die Pentecoſtes, vt nihil in terris eſſet quod non pedibus ſubſternerent; quod non aſpernarentur. Quàm ad integrum extincta ſitis rabioſa hauſtis his aquis quam patiebantur Matthæus & Zacchæus, mille cambiis & vſuris infinitis intricati! Quàm perfectè ſatiata ſitis Magdalenæ, quæ vt ceruus ſitiens, aquas anhela ſectabatur deliciarum! Quàm nullam expertus viuebat Seraphim ille terreſtris D. Franciſcus, cuius pectus diuinis hiſce aquis abundabat! qui nedum nihil terrenum appetebat, ac inſuper diuitias omneſque voluptates ita fugiebat, vt nullus illo in hoc conferri poſſe videatur. Quæ mentis quietudo S. P. N. Dominici, qui in ſe fontem hunc concludens cœleſtem nihil in mundo videbat, quod non ſummo duceret contemptui? Illæ aquæ Monachis ſitim extinxerunt vt mundum deſpicerent, martyribus vt protererent quidquid illis præclarum Imperatores & Principes offerebant, eorumque corda ardentibus ad vitam æternam deſideriis inceſſanter excitarent, in cœlum cor aquæ commouebant, in cœlo illud collocabant, & ſurſum eleuabant: quod nobis nouam dat materiam hæc verba perpendendi: *Salientis in vitam æternam:* Quoniam tantus eſt huius fontis impetus, vt in cœlum vſque faciat proſilire: ita vt ibi cor ſuum habeant iuſti. O aquas verè diuinas! quàm exactè nouerat earum pretium rex & propheta Dauid; quando Pſalmum illum præcinit dulciſsimum, in quo ſuperni illius decantauit paſtoris prærogatiuas, & paſtum, quo chariſsimas ſibi nutrit oues, & aquas, quibus illas reficit ſuauiſsimas: *Dominus*

Pſ. 22. 1.

*regit me.* Legit D. Hieron. *Dominus paſtor meus.* Ille paſtor numquid ouibus de paſtu proſpicit? vtique, & quidem abundantiſsimo: *In loco paſcuæ ibi me collocauit.* Hoc declarat D. Auguſt. ex menſa diuinorum vberrima Sacramentorum, quibus nos paſcit: *Super aquam refectionis educauit me.* In Hebræo (vt notat Lorinus) legitur illud verbum *Menucheth.* quod ſignificat quietem, quietitudines, refrigeria, conſolationes. Vnde ſic aliqui legunt: *Super aquas quietum & conſolationum.* Accurata perpende cognomina. Aquæ quæ quietant, ſatiant, ſolantur. His anima mea quieſcit, his ſatiatur, his lætatur: *Animam meam conuertit.* D. Hieron. legit: *Animam meam refecit.* huic autem Dominus videtur alludere, quando promittens has aquas dicebat: *Venite ad me &c. Et ego reficiam vos. Omnes ſitientes venite ad aquas.* Septuaginta legunt cum interiectione triſtitiæ, & lamentationis, *Heu qui ſititis.* O miſeros vos & infelices, qui ardentiſsima ſiti langueſcitis, & aquas quæritis ſitim non ſedantes. *Venite ad aquas &c. quare appenditis argentum non in panibus, & laborem veſtrum non in ſaturitate?* Quibus non laboribus exponimini terreſtres aquas ſitientes: quas non curas patimini, diligentias adhibetis, quibus non anxietatibus, timoribus, periculiſque laboratis, imo quas non his pecunias impenditis? non tamen vos ſatiant. Illas ſumito, quas tibi gratis offero: *Venite abſque argento &c.* & ſitim veſtram explebunt etiam ardentiſsimam. Fuſius hoc poſſet deduci argumentum ex differentia inter aquas Dei & mundi, ſeu diaboli; illam ſcilicet expendendo, quam nobis Auctores ſuggerunt inter aquas terræ, nominatim autem Plinius, qui refert id quod Poëta indicat Latinus Virgil. 2. Æneid. quod aquæ Clitumni fluuij in monte Fiaſco in regione Toſcaniæ, albos reddant boues illas bibentes, & aquæ fluminis Cephiſis, qui torrens ex magno fluit flumine Melos in Bœtia, & oues nigras reddit illis adaquatas: inſuper & fluuius Aſtotius in Ponto Aſiæ, lac ouium reddit nigerrimum. At ſufficit hæc indicaſſe, lector illa quærat curioſus.

XVII. Aquæ Chriſti reficiētes. L. 1. ſuper Pſalm. c. 4. 21.

Matt. 11. 28.

Iſai. cap. 55. 1.

L. 31. c. 103. 2. Æneid.

Vide Calepinum verbo Clitũnus

§ 30. Voca virum tuum. *Illam diſponit Chriſtus vt prudens Confeſſarius, ſeipſum quis ſit manifeſtat, & illam per ſibi viuam fidem deſponſat.*

☞ 88. TAlibus igitur radiis ſe ſol ille Diuinus paulatim manifeſtat, vt mulieri conſtet, quod Chriſtus multò ſit ipſo Iacob eminentior, cum iam credat, quod aquas ei tribuere poſsit longè ſaniores, quandoquidem, vt notat Theophilactus, putei Iacob aquas incipiat vilifacere: *Vt non veniam* (inquit) *huc*; & ardorem oſtendere affectum ac cupidam aquarum, quas illi Chriſtus offerebat, quo pedetentim gelu pectoris huius mulieris licet frigidiſsimum liquefacit, eiuſque animum promiſsis allicit cœleſtibus in tantum, vt in ea deſiderium aquarum accendat, quarum illi proponit qualitates, tales vt nullę ſimiles inueniantur. Quò ſtudet confirmare, quòd Iacob infinitis præcurrat excellentiis: quandoquidem cor immutet mulieris, oſtendat dominium, quod vt Deus ſuper illud habet, quò de illo quidlibet poſsit facere, & in eo operari quomodolibet placuerit, ac ſine vlla liberi arbitrij violentia, ad hoc quod ab illa prætendit, mulierem attrahit, vt nec in minimo diuinæ ſuę reſiſtat pertinax poteſtati, quinimo illam adeo reddit ſuę diuinę obtemperantem voluntati, vt declaret ſe nullam habere aliam pręter illam quam Chriſtus demonſtrat. Vnde Chriſto ſe ſubmittens ait: *Domine da mihi hanc aquam, vt non ſitiam, neque veniam huc haurire.*

I. Chriſt. vt Deus biius cor mulieris immutat.

II. Quid mulier per aquas Chriſti intellexerit.

Licet autem D. Cyrillus opinetur, quòd hactenus hęc mulier nihil in aquis intellexerit ſpirituale, quas illi Chriſtus exhibebat, ſed terreni tantum fontis aquas, quas credebat ex ſumma Chriſti liberalitate ſibi tantâ tribuendas eſſe vbertate, vt ſi illas ſibi effunderet, non ſibi opus eſſet in poſterum ad puteum recurrere, nec tanto labore, quanto hactenus fecerat aquas eſſet eductura. Veruntamen D. Chryſ. vt certum habet, quòd iam in aquis Redemptoris aliquid de aquis intellexerit ſpirituale, quod ipſe declarabat, & dare promittebat, licet autem non tam perfectè: ſaltem vt credit Euthym. de illis credidit, quòd corporis ſitim tantâ poſſent extinguere prerogatiuâ, vt ſi vel ſemel illas hauſiſſet, ſiti non vlteriùs corporali laboraret. Duo de aquis edixerat Chriſtus. Primum: quòd ex integro ſitim extinguerent. Secundum: quòd tales eſſent aquæ, quæ bibentes in vitam ducerent ſempiternam. Hoc ſecundum, quod totum eſt ſpirituale, mihi perſuadeo, Samaritanam non intellexiſſe. Porro primum, in eo quod ſolum ſitis intenderet corporalis extinctionem, opinor ego, quòd eo ſenſu, quo Chriſtus dixerat, hoc intellexerit, & huius conſideratione, illam à Chriſto popoſcerit: *Domine da mihi hanc aquam, vt non ſitiam.*

III. Mulier indebitè ſcrupuloſa.

O Mulier, ſcrupulos tibi emerſerat, illud Chriſto tribuendi, quod à te flagitabat, etenim de tranſgreſsione ſui muneris, eum arguebas, qui cum Iudęus eſſet à te potum rogaret quę mulier eras Samaritana. Porrò nullus te modò ſcrupulus reprimit, quo minus & ab illo tu petas, ac recipias. Quot in venias, qui ne poſtulata concedant, centum adferunt rationes, & ſcrupulis anxiantur innumeris, at nullis vt ipſi recipiant, imo & ab aliis expoſtulent: & quod in aliis iudicant indecorum, nec debere fieri, in ſeipſis iuſtificent, & factũ ſuſtinent eſſe prudentiſsimum. His ſuperſedeamus. *Domine* (inquit) *Da mihi hanc aquam.* Hoc quod Chriſtus paulò ante illi dixerat *Da mihi bibere*: hoc ipſa Chriſto dicit: *Domine da mihi hanc aquam.* Vt pręclarum te Domine veneror, & magnum quid in te dignoſco, non leuia te poſſe dare munera concipio, quocirca me ita Domine tibi deuinxiſti ac per omnia ſubiecisti, vt à te votis omnibus expetã: des mihi (amabo) hanc aquam, Proſperâ negotiũ agitur fortunâ iam id deſiderat, quod Chriſtus propoſuerat: Non exiguum bonum, quando quis eſſe bonus deſiderat, ſeruire Deo: nam & ipſe David eo pertingere deſiderabat: *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas.* O Domine, quis mihi det tua ſeruandi mandata, tibique ſeruiendi deſiderium.

IV. Bona ſũt deſideria. *Pſ. 118. 20.*

*Lignum vitæ, deſiderium veniens*, ait Salômon. Numquid in te deſiderium accenditur vehemens, tendendi ad perfectionem? Deo gratias age, & hoc reputa, quòd in animæ tuæ horto arbor plantata ſit vitæ: Sicut enim ex arbore plantata fructum ſperas vberrimvm, ita accenſo in te deſiderio, ne dubites, ilico per Dei miſericordiam, operibus te grauiter impendes pietatis. Lugeo quorundam corda adeò ęrea, & frigida, vt mille completis concionibus adeo frigidi permanſerint ſicut erant à principio, & eâdem animi tepiditate vnam & alteram audiunt *Prou. 8. 13. 12.*

conciones, nec vel vnum in eis excitatur peccata corrigendi deſiderium, Deo ſeruiendi ſaluandique animam, ac ſi nullum audiſſent verbum: adeo omnes expertes deſiderij cœlorum, aquarumque diuinarum, ac ſi hæc minime intellexiſſent. Heu quàm longè à veſtra ſalute vitaque aberratis. Iam Diuus Paulus vos vt perditos cenſet, ſuper quos ira Dei cecidit atrociſsima: *Venit ira Dei in filios diffidentiæ*. Legunt alij, *In filios incredulitatis ſeu inſuaſibilitatis*. Homines, quibus quantumlibet dixeris, nihil perſuaſeris. Parieti loqueris. Nullis cor eorum emolleſcit, nec illos cœlorum mouent promiſſa, nec inferni grauiſsima cohibent terriculamenta: miſeris miſeriores. Si quando verò ſoluto frigore cor incaleſcat, excitenturque deſideria: ò te feliciſſimum!

V. Frigida quorumdã corda deplorat.
*Epheſ. ca. 5. 6.*

Eliſeus puerum ad vitam reuocaturus, hoc primum agit; poſtquam aliquamdiu huc illucque deambulaſſet, ſe propheta pueri mortui ſuperimponit corpori, vt illud calefaciat: *Calefacta eſt caro pueri*. Iamne corpus incaluit? ilico reſpirabit ad vitam. Poſtquam denuo obambulauerit, ſeque puero coniunxerit; videbis ac factum miraberis; aperiet oculos. Heu anima mortua! quando calorem ſentis in te deſiderij, vtinam ſeruirem Deo! vtinam eius gratię poti-rer! vtinam mundam haberem conſcientiam! vtinam à peccato me gauderem immunem! vtinam congruè meas cum Deo inſtituiſſem rationes! Ecce mulierem, iam cor eius inflammatur deſiderio, iam exoptat, iam quærit, iam petit: certo certius, ad primum noſtri Oſeæ recurſum, tota in eius amorem flagranter, ſupraque modum exardeſcet. Perplacet mihi reſpondet Dominus, arridente vultu, verumtamen: *Vade voca virum tuum*.

VI. Cor flagrãs deſiderio, feliciſſimũ eſt.
*4. Reg. c. 4. 34.*

☞ 89. Multa in his verbis SS. Patres conſiderãt. Primum mulierem inſtruit coniugatam, vt nulla tenus quidpiam ab alio præſumat accipere, niſi conſcio viro, in quem ſolum ſuos debeat oculos firmare, ac dirigere, vt ab illo ſibi neceſſaria conſequatur, nec oculos ad alium quemlibet reflectat iuxta ſtabilitam à Deo legem primææ mulieri, ſecundum lectionem Septuaginta: *Ad virum tuum conuerſio tua*. Notat D. Baſil. in parabola per Nathan Dauidi propoſita, quòd figuratè deſcripturus Vriam, eiuſque coniugem figuram aſſumpſerit pauperis, qui vnicâ tantum ouiculâ diues gaudebat quam vt vitam vnicè diligebat. *De pane illius comedens & de calice eius bibens, & in ſinu illius dormiens*. Maturè

VII. Cur iuſſerit mulieri virũ vocare.
1. Ratio.
*Gen. c. 3. 16. Hom. 29. de pœnit.*
*2. Reg. 12. 3.*

conſideres (inquit ille) quam graphicè mulieris delineat optimæ conditiones: *Hoc eſt vxoris myſterium*. Primò: ſit oportet ouis marito, non leæna ferox intolerabilis, nec ſerpens mortifera, nec vulpes verſipellis, ſed ouicula. Secundò: ſciat maritus quod illam paſcere debeat, & de neceſſariis illi diligenter proſpicere: cum enim ſit caput, ad eum regimen ſpectat & prouidentia. Tertiò: nouerit vxor, quòd in viro ſuo ſua debeat collocare deſideria, ſuas prætenſiones, nec alios quærere, qui ſuis ſatisfaciant cupiditatibus, nec aliorum manus, quæ ſibi prouideant, implorare. Hoc eſt: *In ſinu illius dormiens*. Abimelech munera daturus Saræ mulieri quâ nulla pulchrior, præmonitus à Deò, quòd mulier eſſet ſociata coniugio, ſeſe ab illa ſubtraxit, & ea, quæ intendebat, munuſcula largiturus, maritum iubet aduocari Abraham, quem ipſa fratrem ſuum appellabat, illique ea dedit, ut vxori prodeſſent, atque Saræ: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi &c.*

VIII. Vxoris officium.
*Gen. c. 16.*

Secundo in ſenſu myſtico voluit indicare Dominus, quòd in tuorum ſeparationem damnorum, & iacturarum reſtaurationem, & ſuorum communicationem donorum, tuus neceſſariò requiratur intellectus & ratio; eſt etenim intellectus (ex mente D. Auguſt.) animæ maritus. Hinc omne noſtrum damnum, quòd noſter diſcedat intellectus, nec aures demus rationi. Mulieris alterius recordare, de quâ Spiritus S. & perpendit Diuus Ambroſ. quæ pudicitiam habebat in propatulo, & hic iunioribus inſtillabat maleſuada meretrix: *Nõ eſt vir in domo ſua, abiit via longiſſima*. Imo ea de cauſa in tuam ruis temeraria perditionem (inquit D. Ambroſ.) & ſtulteſcit anima tua, plurium rea traditionum: quia vir abiit viâ longiſſima, hoc eſt, deficit illi ratio, deficit intellectus, & quaſi extra te foris raperis prodigo non multum abſimilis. Anima in te reuertere, voca rationem, quam à te tam longè repuliſti, conſidera qualis ſis, ſtatum tuum attende cæteris miſeriorem. *Leua in directum oculos tuos, & vide vbi non proſtrata ſis*. Reſolutoriè igitur illi Dominus dicere voluit, quod per Iſaiam præ dixerat. *Redite præuaricatores ad cor*. De quo latius in parabola de prodigo tractauimus; quod hic optimè quadrat.

2. Ratio.
IX. Vir animæ ratio.
*Lib. 1. de Cain & Abel.*
*Prou. 7.*
*Hierem. cap. 3.*
*Iſai. 46.*

Tertiò: & magis ad litteram intendebat Dominus, vt ipſa cognoſceret, & ſuam fateretur culpam, quòd ſalutis peccatoris eſt

3. Ratio.

princi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

principium; humilis ſcilicet confeſſio peccatorum, & per illam gratiarum incipiunt aquæ ſcaturire. Hoc eſt, ſi D. Auguſtino credimus,
Pſ. 146. 7. quod cecinit Dauid ex eius lectione: *Incipite Domino in confeſſione.* Eo fine ſmegmate illam inungit, vt prolabatur, cadatque in compunctum, & ipſa proprio ore ſuorum ſcelerum, & malè ante actę vitæ facere incipiat exomologeſin. Ad hoc per circuitus incedit vt venator, qui conatur, vt fera retibus implicetur, circum illam vagatur, vt ex ſeipſa laqueis irretiatur; quô factô vos, ô Patres, & Confeſſarij instruit, quod per circuitus mites & diſsimulatè vos oporteat incedere, vt pœnitens ſua diſtinctè peccata fateatur, & ſuorum capiatur ſcelerum cognitione.

X. Cõfeſſarij cũ pœnitentibus. Oportet confeſſarij tota ſuſcipiant benignitate pœnitentes, vt nihil ſit quod illos aliquatenus perturbet, & à peccatorum detrahat confeſſione, illaque poſsint cum diſtinctè, tum clare confiteri. Perpendit D. Ambroſ. benedictionẽ
Lib. de benedictione Patriarcha Tom. 1. quâ filium ſuum Zabulon Iacob benedixit: licet enim pluribus eſſet iunior, illis tamen eum antepoſuit, & Iudæ immediatè ſubſtituit: qui Chriſtum ſignificat, nec factum miremur, cum Zabulon figuram geſſerit Apoſtolorum: *Terra Zabulon & terra Nepthalim, via maris trans Iordanem Galilææ gentium.* Et ſtatim progreditur

XI. Apoſtoli & Cõfeſſarii per Zabulon intelliguntur. Matt. c. 4. 15. Gen. c. .13. Chriſtus *Ambulans iuxta mare Galilææ vidit duos fratres &c. Venite poſt me & faciã vos fieri piſcatores hominum.* Hic prædicationem exorſus eſt Euangelicam. Hinc electos nouimus Apoſtolos eum dicit Zabulon: *In littore maris habitabit & in ſtatione nauium.* q. d. circa pelagi tempeſtates; nec enim per illas mouebitur quò minus ad nauium vi tempeſtatis fractarum incumbat reparationem: *Circa fluctus itaque habitabit, non fluctibus commouetur, magiſque ad ſubueniendum parat aquam periculo obnoxiam, vt ſi qui tẽpeſtatibus acti grauibus confugere ad portum velint ſit Eccliſia tanquã portus ſalutis, quæ expanſis brachiis in gremium tranquillitatis ſuæ vocet periclitantes, &c. Zabulon iuxta mare habitabit vt videat aliorum naufragia & ſpectet alios fluctuantes in freto huius mundi, qui circumferuntur omni vento doctrinæ.*

En tibi quare conſtituantur Apoſtoli, quare Confeſſarij. Hoc illis incumbit, clamare, vociferari, aduocare eos qui in huius mundi pelago nauigant, quos tempeſtatibus vident iactari, quæ in ipſo excitantur, vt ad eorum clamores ad ipſos recurrant, velut ad portum ſecuriſsimum & benignius recurrentes vlnis amplectantur, vt eo modo tempeſtatibus eripiantur, & ſecuritate pacis, tranquillitatis, donorumque Eccleſiæ perfruantur. Cui addit D. Ambroſ. quòd Zabulon ſignificet: *Liberatio à nocturnis &c.* dare libertatem, eripere periculis, idque mundum nauigantibus qui mediis obruti noctis tenebris triſte in mari patiuntur naufragium, vt vbi ſint, ignorent, nec ſciunt quo recurrant vt ſibi caueant, & à fluctibus ſe defendant, quando ſe periculis dolent mortis expoſitos; ſi ſit aliquis qui ex littoris ſtatione illis acclamet, quem audire poſsint, iam nouerunt quò nauim ſuam dirigere debeant, vt ad fidem appellant ſtationem, & ab imminenti protegantur perditione, quo cum peruenerint, ab aliis qui in portu ſalui quieſcunt, benigniſsimè recipiantur. Expreſſum Apoſtolorum ſymbolum quos Chriſtus ad Apoſtolatum euexit in terra Zabulon ad oram maris Galilææ, eorumque ſucceſſorum, nempe prædicatorum & Confeſſariorum vt ambulantes adiuuent in tenebris ignorantiæ, mundique naufragio pereuntes peccatores, ſuis agitatos paſsionibus, quò ſecurè confugiant ignorantes, vt ſeſe ſaluos & incolumes contra pericula fluctuſque tueantur: Eo fine prædicatione oportet Euangelij vociferentur, vt per illam clament, & hominibus portus Eccleſiæ indicent ſecuritatem: quòd ſi ad illam ſe recipiant, eiuſque confugiant miniſtros, ſe in portu tutos, & ab omnibus ereptos fluctibus eſſe lætabuntur. Vt autem homines hac fruantur ſecuritate, requiritur vt miniſtri Euangelij, prædicatores & Confeſſarij, omni quâ fieri poteſt recipiant pietate pœnitentes, qui quò ſe de ſcelerum ſuorum tempeſtatibus liberent, & de tenebris emergant ignorantiæ, ad eorum confugiant protectionem, eorum ſe pedibus in confeſsione proſternentes.

Sic egit cum Dauide Nathan, vt diximus, quãdo de fraterna correctione loquebamur. Ne terrefacias feram, ne extremis vtaris, ne acriter commoueas, illam etenim in fugam compelles numquam fortè capiendam. Præclara eaque multa comprehendit myſteria quædam ſententia Iob, quâ prudentiſsimum agendi modum deſcribit manus omnipotentis Dei: *Obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus.* Iob. cap. 26. 13.
Qui munus gerens obſtetricis colubrum educit tortuoſum. Egregiè deſcribit animæ perditæ peccatum in figura tortuoſi ſerpentis in ipſa habitantis. Quam fortiter conſtricta eſt tuis XII. Confeſſarii ſũt obſtetrices.

in

in cordibus impudicitia, vt modum non inueniaſ,quo meretrici valedicas? Quàm ſtrictè alligata bonis temporalibus affectio, quę tuis iniuſtis contractibus vſuriſque tibi contraxiſti; vt illa iam quaſi cordis habeas viſceribus agglutinata? quàm fortiter ab anima tua compreſſa eſt ambitio, & augmenti deſiderium, & huius ratione, quàm firmiter inhæres ei quod intendis conſequendo, exlex & effrœnis? Eia age Confeſſarie, tuum eſt ſerpentem hunc educere tortuoſum; ſed qua ratione? Scito tibi in hoc procedendum, velut obſtetrici, & pari modo tibi partus eductioni adnitendum. Quando partus imminet hora, quâ miſera parturiens doloribus preſſa mortalibus anxiatur, an conueniret, vt illam obſtetrix vnguibus laceraret, vlceraret, irritaret? an expediret, vt illi periculum imminens exaggeraret, vtque obiiceret, quod quia pusio pręgrandis eſt, ipſa vitæ diſcrimen patiatur? Non leuis hæc foret obſtetricis amentia. Illo modo non diſponeret eiiciendo fœtui parientem, ſed vires illi eneruaret, quibus indiget, vitamque perderet obſtetricis incuriâ. Sui parturienti ſufficiunt dolores, ſufficiuntque cruciatus. Hoc agit prudens obſtetrix, parturientem animat, hortatur, ſolatur, ex hoc illi, vitam reparari, & quod diuinâ ſuccurrente gratiâ confeſtim ſit fætu liberanda, ſecura ſalutis. Velut illa quæ Rachel adſtitit parienti, quam vt vidit animo viribuſque languentem, excitabat alacriùs: Eia age Domina, fortiter, animosè: etenim illo partu libera eris ſecuraque conquieſces, *Noli timere &c.*

XIII. Similitudo.

Gen. c. 35 17.

☞ 90.

Accedit altera peccata confeſſura, grauioribus ipſâ parturiente preſſa doloribus, an conueniret vt illam confeſſarius minis terreret, eius exaggeraret periculum? Quid hoc eſſet aliud, quam illam perdere, & omnem illi animum auferre pariendi. Adeſt alter prę nimio ſe dolore contorquens horâ iam imminente confitendi; Si Confeſſarius illum exarcerbet, irritet, eiuſque aggrauet animæ periculum, indubiè retrocedet. Contingit multas emori animas, quia illis deeſt animus in hac occaſione, vireſque pariendi dificiunt, illiſque hoc accidit infortunium, de quo ſic Rex piiſſimus Ezechias: *Dies tribulationis & increpationis & blaſphemiæ, dies iſte: venerunt filij vſque ad partum, & vires non habet parturiens.* Quando pœnitentem videris parientem, vt ſagax obſtetrix illum adhortare, manum nunc huc, nunc illuc admoue, nunc ex illa, nunc ex altera parte obambula, viam adæquans, aperienſque portam, vt ipſe proprio motu ſua confiteatur peccata, proferatque foras ſerpentes tortuoſos. Hoc autem noueris; cum ſit, ſicut eſt, magna pœnitentis infirmitas, quòd illum aliquoties verecundia, pudorque retrahat; aliàs illum ſua præpedit ignorantia; denuo ex illo turbatur, quòd ſe proſtrat in illius aduertat pedibus, qui bonam de illo conceperat opinionem, & quem quotidiè videbit ſecum in foro conuerſantem. Tui muneris eſt, eius confortare infirmitatem, docere ignorantiam, erigere languorem, & velut pondus tollere in ouile ſaluationis.

4. Reg. 19

XIV.

Ad bolidem cadit quod Tertullianus tum antiquus, tum doctus auctor annotauit, ad „parabolam à Christo propoſitam de oue per„dita, quam paſtor errantem requiſiuit. Inde„feſſo illam quæſiuit labore, curis, ſudore, quam „cum inueniſſet, non fuſtibus illius latera con„tudit, non lanam vellicauit, non calcibus „protruſit, non ante ſe currentem vrſit ad „ouile, ſed gaudens imponit in humeros, non „indignabundus ſed placidus, ſibique congra„tulatus, vt gratum onus, reducit ad caulam „incolumem, *Imponit in humeros ſuos gaudens*, „Illo voluit ſymbolo, (ſic Tertullianus) doce„re Sacerdotes qualiter recipere debeant pœni„tentes. Huius occaſione refert quòd in primi„tiua Eccleſia calici, quô miſſa pro peccatore „dicebatur, inſculpta videretur imago paſtoris „ouem perditam in humeris reportantis: quò „ſui officij meminerint Sacerdotes, ſciantque „quâ ratione prudens Sacerdos aut Confeſſa„rios ſe gerere debeat cum oue errabunda ſcili„licet pœnitente: qualiter in humeros ſit „tollendus, eius imbecillitas roboranda, eius „ignorantia illuminanda, eius puſillanimitas „erigenda, & velut in pondere ſuſtollendus, „quò ille nec paſſum poteſt figere, ad progre„diendum & ſuæ ſapientiæ, charitatiſque viribus „adiuuandus.

Luc. 15.

XV.

XVI.

Ex eadem doctrina collegit D. Iſidorus Pe„luſiota de qua vide Baronium, pallij ratio„nem, quod Archiepiſcopis tribuitur, quo Pon„tifex illi tribuit in ſua dignitate potentiæ „plenitudinem Ceremonia ab Apoſtolorum „tempore celeberrima. Eſt autem pallium ex „inſtitis contextum, non ſericum non lineum, „non acu pictum, ſed ex ſola puraque lana, „quod Prælati vtriſque humeris iniiciunt in „

actibus „

actibus principalibus Pontificiæ poteſtatis. Ne credideris hanc ceremoniam vacare myſterio, Tom 2. quinimo multo,eaque non minora comprehen- Sun.pa. dit illis, quæ Deus olim ſignificabat iubens 303. vt inter alia ſummi Pontificis veſtimenta, quoddam eſſet Rationale quod erat velut palliolum bipartitum, in quo ſcripta legebantur nomina duodecim tribuum, quod eius humeris imponebatur. Huic Rationali veteris Sacerdotis ſucceſsit pallium, quod diximus, de quo ſcribunt SS. Doctores, & quidam de hoc inſtituto libros ſcripſerunt particulares. Huius autem pallij hæc inter alias ratio poteſt aſsignari quo pateat euidentius,quam in lege veteri, Prælato ac Paſtori, eius recordetur moneaturque, quod Dominus docuerat, eius curæ ac muneris eſſe ouem quærere perditam, ſcilicet peccatorem, impigro labore, ſudore, diligentiâ, ſolertiâ, & ſi quando illam inuenerit, ſuiſque pœnitens pedibus occurrerit, perditus, proſtratus, exanimis, non illum pedibus protrudat, calcibus imperat, fuſtibus atterat, ſed magno delibutus gaudio, quod ex charitate naſcitur: *Imponat in humeros ſuos gaudens.* Onus illud ſibi imponat eius imbecillitatis, ignorantię, grauitatis peccatorum his humeros ſuos oneret, illum benignè adiuuans, vt bonam faciat confeſsionem, ſalutarem acceptet pœnitentiam, ac horrorem adimat, quò percellitur, & quem ſecum trahit propriorum confeſsio peccatorum, eius illuminet ignorantiam in ſuarum agnitione culparum. O paſtor, Chriſte diuiniſsime, quàm nos doces egregiè! En quâ ratione ouem requirat perditam: *Fatigatus ex itinere* Quid quæris ô Domine! Merito tibi ô mulier, liceat dicere: *Quærens me ſediſti laſſus.* Ouem inuentam non fuſtibus cædit, non percellit, non irritat, non captiuat, ſed eam paulatim aduocat, eius emollit duritiem, pectoris refouet gelu, ad ſupernas gratiæ ſuæ pertrahit aquas, viam adæquat & ſternit, vt per eam ingrediatur ſuas aperiendo confitendoque abominabiles iniquitates, vt illi ſuccurrat, & in ſalutis viam ducat ſempiternæ.

Hoc agit Chriſtus, & hoc in hac prætendit muliere, verèque conſecutus eſt, vt ipſo dicente: *Vade, voca virum tuum,* illa reſpondeat: *Non habeo virum.* Quò auditò ſubintrat Chriſtus, & aſſumens verbum, tota mentis lenitate ſuum illi miſerum declarat ſtatum, fœdumque concubinatum. Verè dixiſti, (reſpondet) quia non habeo virum: quinque etenim viros habuiſti, & iam quem habes non virtus eſt legitimus, ſed ſcortator infamis. Attende, filia, XVII. concubinaria es & perdita. Et nedum hæc illi, Mulieré ſed & totius vitæ eius geſta reſerauit, vt illa Chriſtus poſtmodum fatebatur. *Dixit mihi omnia, quæcumque feci.* Et quâ illi hæc omnia ratione latius inſtruit. dixerit? quo ſpiritu? quibus verbis? quo affectu? quàm ad viuum illi totum aperuerit vitæ ſtatum in quo viuebat?

O ſol feruentiſsime, quàm efficaciter lucis tuæ radiis cœnum illud illuſtras tenebroſum! O ter magne Oſeas, quoties ambis, & tuæ blandiris amaſiæ! O Confeſſarie meritiſsime, qui tam egregiè adiuuas pœnitentem, quia ex eo quod illi ipſa manifeſtat, educit reliquâ, & manum apponit adiutricem, vt integram & generalem faciat confeſsionem, omnibuſque numeris abſolutam: *Omnia quæcumque feci.* Videbis amaſiam hanc huius amaſij amore captam, & primò vult illum ſibi præceptorem, eiuſque incenſa deſiderio, Diuinoque inflammata ſeruitio, ſic illum alloquitur: *Domine, vt video propheta es tu.* Quando quidem talem te Deus creauerit, vt tanta noueris, mihique hoc conceſſerit beneficium, vt tibi occurram; te ſupplex exoro, doceas me, quâ ratione me Deo commendem, vbi, & quomodo mihi facienda ſit oratio, nam ex nunc vitæ propono firmiter emendationem. Exorditur Dominus eminentem illi de hac materia docere lectionem, quâ ratione ſit ſpiritu orandum puriſsimo: quia Deus ſpiritus eſt, & qui eum adorant, in ſpiritu oportet adorare. Talique modo mulierem erudiuit & accendit, vt iam velut ignitus carbo amore conflagret, dicatque Saluatori: Domine mi: propinquum nobis annuntiant Meſsiæ aduentum: exnunc huic totam oportet me tradere. *Meſsias iam venit.* O mulier, tuum cum Meſsia mundo conſenſum præbes matrimonio! Noueris ergo quod, *Ego ſum qui loquor tecum.* O felix fœmina, ipſo Moyſe felicior cui ſeipſum Dominus in rubo manifeſtat: Elia beatior; cui ſe in ſibilo tenui reuelat: ipſo Iſaia fortunatior: cui ſe detegit inter Seraphinos: ipſo Ezechiele ſuperior: cui ſe in figura electri declarat: ipſis imo cunctis beatior Prophetis, quibus in viſionibus apparuit: *In viſione apparebo ei.* Nemini vn- Num. 12. 6. quam in mundo, locutus eſt euidentius, & non opinor, quod etiam tam expreſsè, & verbis XVIII. adeo claris ſuis ſe reuelârat Apoſtolis. Sicut Similitudo. dum ſol ad noſtrum aſcendit Hemiſpherium, radios

radios quoſdam emittit lucidos, ex quibus illum videmus, agnoſcimus & detegimus, abſque quibus hoc eſſet impoſsibile. Simili plane modo diuinus ille ſol, hoc in puncto lucis ſuæ ſplendidiſsimum in mulieris animam emiſit radium, quò diſtinctè illum agnoſceret. Cortinam Rex ille contraxit, ſuamque in carne humana perſonam aperuit, atque eminenti illo lucis radio : *Ego ſum*, ei illuxit, ita vt altiſsimum SS. Trinitatis agnoſceret myſterium, quodque ipſe eiuſdem erat ſecunda perſona : nec non profundum Incarnationis eius myſterium, perſonæ eius diuinę celſitudinem, carnis, quâ verbum indutum erat, infirmitatem ac humilitatem, cuncta denique fidei noſtræ ſublimiſsima myſteria.

Perpende quomodo ſe tunc habuerit, audiens illud : *Ego ſum* quàm attenti hæſerunt duo illi Tobiæ, pater, & filius, quando, pluribus diebus cum illis egerat Angelus Raphael in corpore phantaſtico, tandem, & multis interiectis rationibus illos ſe, quis eſſet, aperuit, ſuęque declarabat excellentiam dignitatis,

Tob.c.12. 15. vno illo : *Ego ſum Raphael Angelus, vnus ex ſeptem qui aſtamus ante Dominum.* Attoniti, ſtupefactique in terram corruerunt, vbi per tres horas proſtrati iacuerunt. *Tunc proſtrati per tres horas in faciem benedixerunt Deum.* Quid mulier hęc ageret, audiens, non : *Ego ſum Raphael Angelus*; ſed *Ego ſum* : illimitatè nomen Deo proprium; cumque mulieri diuinæ ſuę detexit perſonę maieſtatem? Arbitror ego, quòd ſtatim profunda ſupplex humilitate, nec minori perculſa ſtupore ceciderit in terram Chriſti adorans maieſtatem, deſiderans, vt ipſa terra vſque ad abyſſos inclinaretur, vt coram tanta profundiùs maieſtate proſterneretur. Hic illum agnoſcit & adorat, cœleſtis autem ille Oſeas ſua tractat cum illa caſtiſsima per viuam fidem ſponſalia : diuinâ namque gratiâ in ſuo intellectu illuſtrata, Chriſtum vt Deum ſuum recipit, vt talem agnoſcit, & vt tali ſeipſam, eius amore capta, in ſponſam tradit dilectiſsimam, Ipſe ſe diuinum tradit ſponſum, & eam recipit, vt ſponſam ſibi chariſsimam. En tibi per viuam & integram fidem inita ſponſalia. Ea de cauſa prędixit per Oſeam

Oſe. c. 2. 20. de anima ſibi ſponſa fideliſsima : *Sponſabo te mihi in fide.*

## §. 31. Ego ſum : *Sponſam ſuam noſter dotat Oſeas : & deteſtabile lutum in ſolem conuertit qualem vidit Nehemias.*

QVis explicabit, quis verbis exponet dotis, qua ſponſam oppignorauit, eminentiam? Dotauit illam fide viuâ in intellectu, in corde certâ ſpe, feruenti in voluntate charitate donis ſpiritus inæſtimabilibus, virtutibus, infuſis diuiuæ ſuæ gratię diuitiis, quibus pulchritudinē illi contulit ex hac digniorem, quam quâ pręfulgent Angeli per naturam : eſſe quoddã illi diuinum communicauit, & dicere potuit id quod poſtmodum Apoſtolorum dixit primicerius : *Maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ.* 2.Pet. Quid plura? illam in fulgentiſsimũ commutat ſolem.

Nequeo ſatis admirari, id quod refert Spiritus S. de illo diuino igne, quem ſuâ Deus omnipotentia in ſuo accenderat altari. Cum ſe dei populus in Perſidem lugeret captiuum abducendum, accurrerunt Sacerdotes & ſumptum ignem de altari in puteo inter lutum abſcunderunt; ita vt ignis velut lutum lateret. Precor te, per animam tuam, quid ex tali loco, in quo ignem tutari ſunt ſperandum, quàm vt in cœnum verteretur? Ita factum eſt, cum enim ignis eſſet excellens, ipſo gelu frigidior euaſit, & inſtar luti denſiſsimi obſcurus. Mirare myſterium. Solutâ iam captiuitate, & euolutis ſeptuaginta annis, Dei populo in terram reuerſo natiuitatis, acceſsit Nehemias ſacerdos Dei Sanctiſsimus ad puteum, indeque eduxit ignem, iam in lutum frigidum immundumque cœnum conuerſum; quem prope puteũ ſolis calidiſsimis exponit radiis, Sol autem ſpiſſis obducebatur nebulis : *Erat in nubilo* : quoſdam nihilominus lucis ſuæ, emiſit radios, quibus paulatim lutum illud diſpoſuit, donec ſubito contractis nubium cortinis, clarius fulget, plenoque lumine lutum perluſtrat. Ilico lutum in ignem inflammatur ardentiſsimum, qui deſ radios euibret lucidiſsimos, inſtar ſolis, omnibus factum admirantibus. *Tempus affuit quo ſol refulſit, qui prius erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus ita vt omnes mirarentur.*

Signum omnino mirabile, quod mundum in ſummam rapuit admirationem, ſed quod præ manibus habemus priori longè eſt eminentius. Erat ſpiritus huius mulieris eiuſque anima Dei potentiſsima manu ignis accenſus : illam quippe Deus ſuâ creauerat omnipotentiâ, corporique

in-

inſuderat; attamen quia in huius mundi puteo mergebatur, cœno lutoque viliſsimo intricata vitiorum, vanitatum, impudicitiarum, & idòlolatriarum, in tam vile abiectumque lutum degenerauit, vt ſatis imaginari potes de muliere pellice, ſcortatrice, quæſtuaria, de qua ſic Spiritus S. *Omnis mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via conculcabitur.* (Eccl. c. 9. 10.) At felix illa, mulieſque felix: illam etenim de puteo educit, & in altum attollit, diuinus ille Nehemias; etenim ex aquis illius putei terreni cœpit cor eius ad ſupernas cœlorum aquas euehere ſublimius. Obſcurus & incognitus coram illa ſtabat Phœbus ille cœleſtis, nubibus obuolutus paupertatis, ſitis fatigationis, quibus apparebat exteriùs, veruntamen aliquos in illam euibrabat lucis ſuæ radios, quibus illam ſenſim diſponebat. Tandem cortinas contrahit, & ſeipſum quis ſit, diſtinctè claréque manifeſtat dicendo: *Ego ſum qui loquor tecum:* quo plena perfectaque luce perluſtratur, ſolque ille diuinus gelu diſſoluit, atque in ignem conuertit, lutum illud, quo nullum obſcurius, nullum fœtidius in ignem tranſmutat in ſuo amore feruentiſsimum, ac in ſolem adeo clarum, vt per illum totam aggrediatur Samariæ illuminare Prouinciam. Hoc agit cum illa: ſicut enim dicendo Saulo: *Ego ſum Ieſus,* (Actor. c. 9. 5.) illum cœleſti luce circumcinxit adeo fulgida, vt de Saulo crearet Paulum, & de luto tenebroſo ſolem eduxerit fulgidiſsimum, quò totum illuminauit mundum, ſic & egit cum hac muliere: qualem præparat? qualem creat? Illuminatam intellectu, voluntate feruentem, animam donis ditatam cœleſtibus. His pignoribus ſponſam ſuam noſter honorat Oſeas ſponſans illam ſibi per veram fidem chariſsimam vt autem pateat hæc ſponſalia ad filiorum ſpiritualium tendere generationem cor ei commouet, vt rectà, feſtinèque tendat Samariam: *Reliquit hydriam ſuam mulier.*

III. Mulier tendit Samariam.

Iam aquæ non recordatur, ob quam venerat iam ſiti non cruciatur, iam futuram non timet, iam hydriæ, quam attolerat, non meminit, omnia relinquit: huius namque diuini ſponſi aquæ, ſitim omnium extinguunt terrenorum.

O quàm præclarè videmus hic expoſita prodigioſa illa Dei opera, quæ Dauid olim celebrauerat: *Tu dirupiſti fontes & torrentes; tu ſiccaſti fluuios Ethan. Tu fabricatus es auroram & ſolem.* (Pſ. 73. 15.) Potentiſsime Deus, qui ex vna parte fontem elicuiſti & torrentes aquarum de petris, & ex altera fluuios Ethan ſiccaſti, id eſt violentos & impetuoſos: ſic enim alij legunt: *Fluuios fortes. Tu fabricatus es auroram & ſolem.* Inquirunt hic Doctores, quænam ſint hæc opera, & quando illa Deus ſit operatus. Verum non eſt quod his nos fatigemus, cum hæc modo completa videamus. O fortes fluuios, rapidos & impetuoſos carnalitatis, & impudicæ voluptatis, qui de carnis tuæ terra ſcaturiunt, qui violento ſuo defluxu, intellectum, voluntatem, ſenſus totamque animam demoliuntur! Heu quales erant illi, quàm rapidi, qui per huius pectus mulieris decurrebant? quàm fortiter illam detinebant? Quanto cor eius impetu abripiebant? nec aliud cogitabat, nec de alio diſſerebat, nec de alio ſomniabat. Hos torrentes aquis cœleſtibus Dominus exſiccauit, & gratiæ fontibus, quos cordi eius infudit qui ad cœlum vſque ſaliebãt, vt ſit Chriſtus; etenim diuinâ ſuâ gratiâ in eius corde reſidente, cunctæ iam mulieris cogitationes, deſideria, curæ omnia cœlum ſpectabant. Hæ aquæ priores exſiccarunt; fabricauit in anima eius Dominus auroram rutilantem pariter & ſuæ cognitionis ſolem lucidiſſimum illo ſolo quod protulit, verbo *Ego ſum* quò ſol ortus eſt clariſsimus, qui denſiſsimas depulit tenebras, quibus eius anima obſcurabatur: *Tu fabricatus es auroram & ſolem.* O diuinas aquas! ô potentes aquas? o mirabiles aquas quæ fortiſsimos terræ riuos exſiccarunt, & propriis tradiderunt obliuioni: hoc quippe inter diuinæ gratiæ opera locum habet non parum honorabilem. Contemplare mulierem, iam de hydria non eſt ſollicita, iam putei illius aquas vltra non requirit: *Reliquit hydriam ſuam mulier.*

IV. Miracula Dei in Samaritana.

O Paule, quid de litteris illis cenſes, quibus armatus tẽdebas Damaſcũ? quid de zelo illo legis, tuiſque leuitatibus: quid de ambitione, quã cæteris ardebas videri ſapiẽtior? *Quæ mihi fuerunt lucra: hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta &c. Propter quem omnia detrimentũ feci, & arbitror vt ſtercora vt Chriſtum lucrifaciam, & inueniar in illo.* (Philipp c. 3. 8.) O Matthæe quid de tuis ſcedulis, cãbiis & obligationibus? quid de pecuniarũ arculis? omnia deſerũtur, omnia tradũtur obliuioni: ſitis etiã ſatiata cõquieſcit: Magdalena, quò ceruſſę ornamẽta, vultuſq; elegantia abierunt, quid actũ de recreationibus, de comœdiis, de iocis, de cõfabulationibus, carniſque voluptatibus? *Reliquit hydriam:* omniũ abiicit memoriam, omnia deſerit, iam enim diuinis aquis illorũ ſitis extinguitur, veluti eius, qui febrib⁹ incaleſcens ardẽtiſsimis, nihil aliud mẽte, ſollicitudineq; ruminat pręter varios aquarũ Fõtes: ar-

b'tratus; quòd fluuiũ epotaret ; cui nihil ita iucundum, vt aquarum guſtus;obtenta valetudine: illarum obliuiſcitur, ita vt nec earum quidem meminerit, quas tantopere prius exoptauerat.

V. Allegoria.

Vulgo nota eſt illa apud ſanctos ſententia: *Guſtato ſpiritu, deſipit omnis caro.* Mundi fontes omnes illi non ſapiunt, qui diuinis Spiritus S. ſatiatur torrentibus. Admirantur omnes Eliſei prophetæ facinus quod vt mirabile Spiritus Dei ſingularibus deſcribit expreſſum circũſtantiis. Proficiſcebantur tres potentiſſimi Reges, Iuda, Iſrael, & Edom ſuis terribiles exercitibus bello Moabitas hoſtes impugnaturi: per regiones aridas, & inaquoſas, deficit aqua legionibus ob cuius inopiam tanta exareſcunt ſiti milites, vt ſeſe ſiti emori quererentur: Planctus excitatur grauiſſimus inter reges, lamentantur milites ſiti deficientes, ſuum omnes lugent infortunium, ſe inter aridiſſima deſerta debere concidere, nec quidem viſa vel ſemel acie facieque inimicorum. Rex Iuda, vt fidelis, ad Deum recurrit, quæritque num ibidem Dei propheta poſſit inueniri; Vatis Eliſei indicant regi præſentiam, coram adducitur, illum rex inſtanter rogat, vt à Deo ſalubres populo aquas precibus ſuis meritiſque conſequatur. Multis vltro citroque interiectis (a) feliciter, inquit, ſuã Dominus clemens miſericordiã de cœlo largietur aquas: ora dilatate, cum voluptate bibite ad ſatietatem, in regionem tenderis Moabitarum quam armis veſtris ſubiugabitis, nec hoc ſolum, inſuper & terræ illius videntes aquas eiuſque puteos ac fontes illos obturate, vobiſque prædici, quod hoc ita facietis, etenim futuræ ſunt vobis illæ abominabiles: *Et percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam & vniuerſum lignum fructiferum ſuccidetis, cunctoſque fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium aperietis lapidibus*, O ſanctiſſime propheta quid ais? Quid, quæſo, bibẽt ſi cunctos obturẽt aquarum fontes? Nondum periculum euaſerunt, quò ex aquarum penuria affliguntur, omneſque ad pe[illegible]tas mortis ob earum defectũ proximi acceſſerunt, illiſque mandas, vt terram inuadentes Moabitarũ omnes puteos fonteſque obturẽt, fiet q; illud, vt & illos puteos delectet obturare. O cælorum aquæ quàm eſtis efficaces, vt quicumque vos guſtauerit, omnes puteorum fontiumque aquas contemnat Moabitarum, illique videatur eas eſſe lutum, venenumque mortiferum, omneſque f[illegible]ntes occludat vt abominabiles. Sanctorum vitas perlege, qui prius toto deſiderabant

(a) Deſpues de daras y preſas.

4. Reg. 3.19.

VI. Iubet Eliſeus ſitientibus fõtes obturent Moabitarum.

anhelitu mundanæ fontibus ſatiari voluptatis: eo momento, quò illis ſuã Deus miſericordia ſuas propinauit aquas, eaſque guſtarant, illas venenoſas eſſe cenſuerunt. Exemplo diſce Mariæ Ægyptiacæ, notiſſimæque illius & ſanctiſſimæ Thaidis. Vtinam tibi ſcortator impudiſſime hanc Deus concederet miſericordiam, tibique cupidiſſime auare, tibique dignitatum ardelio; vt ſuas tibi guſtandas præberet aquas, quam ſyncerè & ex animo illas mundi, lutum cœnumque crederes, quas tanta bibis voluptate, illas inquam voluptatum, ſæculatum, dignitatumque terrenarum. O quàm congrua tibi foret illa mulieris oratio? *Domine, da mihi hanc aquam, vt non veniam huc haurire.* O quàm veraciter reipſa illud Domini experiteris; *Omnis qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.*

§. 37. Reliquit hydriam. *Aquæ Chriſti, melius quàm Mandragoræ illam contemnere faciunt terrenas voluptates: illamque diſponunt, vt vadat filios progenitura ſpirituales.*

OPinatus eſt D. Auguſt. eximiis abundare myſteriis hiſtoriam, quam Moyſes narrat de mandragoris. Rachel erat ipſa eiuſque ſoror Lia patrueli ſuo Iacob coniugata, quæ cernens ſororem ſuam multa prole gloriantem, ſe verò ſterilem, vehementiſſimo prolis angebatur deſiderio, quocirca ſemper querula, ſemper ad aures mariti mœſta ſuſpirans, nihil aliud præter eius amplexum exoptabat. Die quadam accidit (ait S. pagina) quòd Rachel his cruciata moleſtiis occurreret Ruben filio primogenito Liæ reuertenti de agro. *Tempore meſſis triticeæ*, ferentique ſecum mandragoras, guſtat illas Rachel, & continuò totum eius trahunt deſiderium, idque tantâ vehementiâ, vt viri non recordetur amorum, & cupitis renuntiet amplexibus, vt illas Lia ſoror ſibi det. De natura & qualitatibus mandragorarum agunt Plinius, Dioſcorides, Columella, aliique philoſophi nec aliud de his inuenimus, niſi quòd fructus ſint, qui tempore meſſis triticeæ naſcuntur in arboribus velut poma, grati oculis, & odore ſuaues. Vnde de D. Auguſt. ſic ait: *Naturam earum quantum potui perſcrutatus ſum &c. Rem comperi pulchram, & ſuaue odorantem &c. Et ideo cur eam mulier tantopere concupiuit, ignorare me fateor, niſi forte propter pomi raritatem, & odoris iucunditatem.* Nec dubitamus,

Genes. 30.14.

Natura qualis mandragorarum. D. Aug. Lib. 22. contra Fauſt. Tom. 6.

dubitamus, inquit, cùm Spiritus S. de rebus adeo vilibus ac nullius momenti non agat ſine grauiori myſterio, quàm in hoc facto præclarum lateat myſterium; Vnde myſterium perpendit ſuo congruum ingenio. Porro noſtræ melius ſeruit intentioni quod Abbas D. Rupertus notat: ſcilicet mandragoras illas ſymbolum eſſe donorum & gratiarum Spiritus S. quorum cum guſtum odoremque percipit anima, confeſtim carnis voluptatum ac deliciarum perdit memoriam, illaſque manu mittit, & illis ex integro renuntiat.

II. Mandragoræ dona ſignãt Spirit' S.

Hinc elucescit diuinæ ſponſæ paradoxum, vt difficile, ita fœcundum ſacramentis. Deſcribitur in Canticis Eccleſiæ ſtatus, ab exordiis ſuis in antiquo ſtatu nimirum Synagogæ, & in eo quem poſtremò conſequitur per gratiam & dona S. Spiritus, quibus eam cœleſtis ſponſus oppignorat, & ait: *Mandragoræ dederunt odorem.* Denotant, vt diximus, mandragoræ gratias donaque S. Spiritus, quæ apparuerunt, & collectæ ſunt: *Tempore meſſis triticeæ.* id eſt, Aduentus filij Dei in mundum, de quò ſic Iſai. *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe.* Ipſo enim in mundum veniente iam accepimus & in terra collegimus cœleſte triticum, ex quò panis formandus eſſet in alimentum animarum; & dicere potuit: *Ego ſum panis viuus.* Illo tempore naſcuntur & ferunt ſuum mandragoræ fructum, dona ſcilicet Spiritus S. quæ ſuper Eccleſiam effudit abundanter. Intendit diuina ſponſa nobis eorum dare rationem, quæ in Eccleſia videmus ad tantam Gentilium & infidelium admirationem, vt illi, hæc audientes ſibi perſuadere non poſsint eſſe poſsibilia; teſtem produco D. Petrum: *Admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem.* Et illi qui hæc vident non poſſunt non ſupra modum admirari: cum enim ſint mulieres, præcipuè iuniores amicæ diuitiarum, ornatus, gemmarum, exoptent amari, honorari, requiri, nobiliſsimas ambiant nuptias: tot tamen videmus, nobiliſsimo ſanguine progenitas, ditiſsimas, pulcherrimas requiſitas vt Principium Regumque ſint vxores, qui illis offerunt quidquid mundus aut habet aut æſtimat mulieribus eſſe gratiſsimum, quæ hæc tamen omnia vilipendant, quibus cum vnum è duobus eligendum proponitur, aut illis frui, aut mori: mortem deliciis prætulerunt, carnis renuntiando voluptatibus.

Cant. ca. 7. 13.

Iſai. 9. 3.

Ioan c. 6. 4.

III. Obliuionem terrenorum inducũt.

1. Pet. 4. 4

IV. Exẽplis.

Suſannam vobis propono Virginem Romanam cum enim Diocletianus Imperator omnem mouiſſet lapidem, vt in coniugem acciperet Maximinianum Galerium filium ſuum adoptiuum imperij ſui heredem, hæc omnia paruipendit ita vt illam nec tormentis exquiſitiſsimis potuerit in hanc permouere ſententiam. Adeſt tibi S. Petronilla, quæ cum eſſet pauperis piſcatoris D. Petri filia, omnes Flacci comitis flocci fecit præſentationes: eiuſque exemplum Virgo pudiciſsima Felicula diſcipula eius eſt imitata. Prodeat illuſtriſsima Pulcheria, Imperatrix, quam Patres Concilij Calcedonenſis inſcribunt: *Munimen orthodoxorum, & gloria Eccleſiaſticorum*, hæc omnes carnis delicias, mudique faſtum, ex regio matrimonio conſequentem repudians virginitatem ſeruauit illibatam: quâ de cauſa à D. Leone Papa ſummis effertur virgo præconiis. Quid D. Agnetem commemorem, quam toties deprædicat D. Ambr. D. Catharinam aliaſque innumeras, quæ rebus illis libellum ſcripſere repudij, quas prius tantopere dilexerant? Quis hoc operatus eſt? cœleſtium odor mandragorarum, dona, quæ ſemel guſtarunt Spiritus S. D. Perpende Cæciliam quæ roſarum ac liliorum odore hoc agit, vt Valerianus ſponſus ſuus omnium obliuiſcatur, & cunctis renuntiet carnis deſideriis, quod idem in cognato Tiburtio feliciter eſt operatum. Quid referam de D. Iuliano deſponſato Baſiliſſæ, qui pari pulchritudine, commendati ſuam Deo conſtanter obtulêre virginitatem, obliti quidquid per matrimonij exercitium poterant conſequi voluptatis. Horum præconia celebrant D. Iſidorus Archiepiſcopus Hiſpalenſis, hymnis & cãticis in eorum laudem compoſitis. D. Eulogius Epiſcopus Cordubenſis. Pertranſeo D. Eduardum Angliæ regem, D. Alexium, quos apud Baron. in Martyrologio lubet inſpicere. Quotidianum nos non mediocriter rapit ſpectaculum tot Virginum, Principum, dominarum, diuitum, corporis formâ gratiſsimarum, à variis ad nuptias inuitatarum ſolemniſsimas; quæ mundum nihilominus calcibus impetunt, ſerica reiiciunt, mundum exuunt muliebrem, è contra verò cilicia, vileſque induunt tunicas, crines detondent, antiquo mancipiorum more ſed nec vnam tantummodo paucaſque nouimus, imo & myriades, quarum replentur monaſteria cœlibatu.

probatur.

Apud Sure. Tom. 4. 11. Auguſti.

Apud Baron. 15. Septembris.

Epiſt. 39. apud Baron. in Martyrol. 10. Septẽ.

Apud Baron. in Martyro. 7. Ianua.

Hoc in primis ſtupefecit Gentiles, imo non vulgariter ipſos confudit diabolos, adoleſcentes

videre ætatis flore vernantes, ebulliente ſanguine ferventes, carnis illecebris incitantibus pudicos terrenas aquas deſpicientes, mundi gloriam aſpernantes, hydrias vaſaque relinquentes, antra deſerti teneris ſub annis civium turmas fugientes, anguſtis ſeſe cellarum carceribus coarctantes, quas ſepulchra potius, quam cubicula, dixeris cucullis indutos; fame ſitique laborantes &c. Hic effectus eſt aquarum Dei, hic guſtus, hic ſapor cœleſtis fontis in huius pectore ſcaturientis, hic odor ſuaue fragrantis vngenti; de quo ſponſa *Oleum effuſum nomen tuum: &c. Curremus in odorem vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.* Conſtitue: nullum habet terra ſolatium, quod hoc nomine dignum eſſe cenſeatur, ſi vel minimam guſtaueris cœli voluptatem. Hinc in ſanctis oritur eorum contemptus omnium, quæ mūdus pretioſa poſsidet, ipſaque nos ſuâ docet experientiâ chariſsima Christi ſpōſa S. Mater Thereſia de Ieſu, in hac materia tantum edocta, quantum ex eius liquet operibus, eiuſque filiabus, quas ſui tranſmiſit ſpiritus heredes ditiſsimas. Refert ipſa quòd die quadam ad S. accedentem Synaxim, ſupernâ illam ſponſus ſuus dulcedine repleuerit quorundam diuinitatis reuelatione myſteriorum, quæ throno reſidens apparuit glorioſa. *Gloria* (inquit) *quam tunc temporis ſenſi nec ſcribi quivimo nec dici poteſt, nec ille poſſet imaginari, qui non hanc conſpexiſſet. Intellexi ibi prope adeſſe quantum liceat optare, & nihil videbam. Dixerunt mihi & neſcio quis quod quid quid ibi poteram agere, erat intelligere quòd nihil poſſem intelligere & perpendere quod totum illud nihil erat, in illius comparatione. & ſic ſe res habet, quòd poſt ea pudebat animam meam videre quod hærere poſſet in vlla recreata, quantò magis illam amore complecti quia omnia mihi formicarum examen eſſe videbantur.* Tali requiruntur diſcurſus, quibus tam altam explicemus doctrinam, prout huius Sanctæ verba declarāt. Nihil vidēdo (ait) intellexi ibi adeſſe, omne deſiderabile quia modus optimus illa intelligendi, eſt intelligere, quòd non capiantur nec poſſint in hac vita comprehendi: & nihilominus ſi quid parū eorum videatur, & guſtetur, reliqua quæ videri poſſunt eius comparatione nihil ſunt. Nota verò quod ait; quòd anima verecundetur quando illa ſapit, videre quòd aliquo tempore terrenis affectu adhæſerit, & quòd conſideratis omnibus, quæ in terrâ ſunt formicarum examen videantur. Hieroglyphicum

V. Guſtatis cœli deliciis nauſeant mundi voluptates.

Cant. 1. 1

Lib. vitæ ſuæ c. 39. ad finem.

VI. D. Thereſiæ cō firmatur doctrina.

admirabile. Quàm iucundum videre formicarum examen, quàm anxiæ currunt formicæ, quot greſſus earum & regreſſus, quàm inquietæ, quam diligenter granum vel dimidium colligunt tritici, quàm gnauiter illo tollendo laborant, nunc vna ſola, modò ab aliis adiuta, nūc illud hæc colligit, iam illi excidit, iam illud alia prætendit. Tu verò huius ſpectator, quanti, precor, hoc facis? Nónne pauperes miſeraſque vides formicas, præſertim grandiores, & quę cæteris grauius laborant: atque: ô te miſeram, quàm te res nullius momenti, & quę vento quolibet rapitur, variis diſtendit cruciatque laboribus! Conſidera, quale ferret Virgo ſanctiſsima iudicium videns hoc in ſæculo laborantes, hunc vt dignitatem aſſequatur, ſeu locum eminentiorem: illum vt nummos lucretur: alium, vt deliciis fruatur: alterum, vt huius mundi prætēſiones obtineat. Formicarum examen. Aulam inſpice, quot formicæ? quot curſus & diſcurſus, &c. Baſilicam hanc intuere quam propriè dictum formicarum examen? Forum attende, Deputationem hanc conſidera, quàm propriè illi conuenit examen eſſe formicarum?

VII. Mundus examen eſt formicarum.

Quiſque mane ſectatur, quæritque triticum &c. Numquam finem imponeremus, ſi his pro merito declarandis inhæremus. Guſtatis, quis cœleſtibus, pariunt terrenæ faſtidium. Hoc in noſtra diſcimus muliere: *Reliquit hydriam ſuam mulier.* Iter feſtina Samariam verſus arripit cum enim cœleſti Oſeæ ſponſo nuberet filios genitura ſpirituales, ratio poſtulabat, vt illis ſe properè diſponeret. Accedit ciuitatem, Sichar ingreditur vociferando, velut alter Ionas per Niniuen: non ciuitatis euerſionem infra quadraginta dies minitando, ſed omnes mille prouocando beneficiis; prima facta Euangelij Christi prædicatrix quem annuntiat, ſignatque præſentem Samariæ ciuitati. Audite Samaritæ, ciues audite, nobiles attendite, plebei: Annuntio vobis gaudium magnum: etenim occurri hodie cœleſti prophetæ, diuinum offendi hominem qui mihi dixit omnia, quæcumque feci, & in ſe tales præfert prærogatiuas, atque ita eminentibus lucet qualitatibus: vt nullus alius quàm Meſsias eſſe videatur, Accurrite, hominem intuemini: Hæc ita proloquitur, non quod Chriſtū illa non cognoſceret, ſed vt illo modo loquendi moneret illos atque diſponeret, vt illi ipſi foras proſilirēt Christum quæſituri, ſicut reipſa prodierunt: iam enim

noverat

noŭerat cœleſtis illa ſponſa, filios eſſe regene-
ratos ex ſemine verbi Domini, prout poſtmo-
1. Pet. 1. 23. dum Eccleſiæ princeps expoſuit: *Renati non ex ſemine corruptibili ſed incorruptibili per verbum Dei.* Eo deſtinat oppidanos, vt ex ore eius verbum audiant: ſicut & D. Ioannes Baptiſta ſuos remiſit diſcipulos ad Chriſtum vt ad auctorem, & fidei conſummatorem, qui diuino ſuo verbo illam in eorum cordibus ſeminaret. Turmatim omnes foras egrediuntur, Saluatori occurrunt, eius verba percipiunt, in ſuam deducunt ciuitatem, illam Chriſtus ingreditur & ex profeſſo prædicat illis, docetq; e nouæ legis Euangelium. Miraberis omnes in filios eius per viuam fidem regeneratos, quos audias conclamantes: *Ipſi audiuimus, & ſcimus: quia hic eſt verè Saluator mundi.* Benedictus qui venit in nomine Domini, tui te collaudent Angeli, tuæ tibi miſericordiæ confiteantur. Quod ſi hanc quærendo mulierem quieuiſti ad puteum fatigatus; tuis aduolutus pedibus oro ſuppliciter:

*Quærens me ſediſti laſſus,*
*Redemiſti crucem paſſus,*
*Tantus labor non ſit caſſus.*

Quæſo Domine non ſit gratis iſta tanta fatigatio, non inaniter tantus profluat ſudor: ſed vt errantem me inuenias, cordis emollias duritiem, animam meam tibi deſponſes, vt tuâ virtute in illa filij bonorum operum producantur in lucem, illam cœleſtibus gratiæ donis oppignora in hoc mundo, & in altero gloriæ dotibus ſempiternæ. Amen.

# SVMMARIVM

## HOMILIÆ VIGESIMÆSEXTÆ SEQVENTIS.

OStendit nobis Euangeliſta Ioannes impletum illud Dauidis de Chri-
ſto vaticinium: quod conculcaturus eſſet leonem & draconem; cum
ſuos pudore confuſos vicerit inimicos: qui primò viribus acceſſerant
a§. 1. vt leones, & modò velut dracones aſtutiâ verſipelles. *a.* Quinque
concluditur articulis: primus nobis Chriſti proponit exercitia (eaque omnia in bonum noſtrum) qui inter Deum hominemque munere fungebatur
b§. 2. mediatoris. *b.* pernoctans in oratione, docens, quâ ratione variis in occaſionibus
c§. 3. 4. 5. 6. ſit orandum. *c.* Secundus inimicorum eius deſcribit exercitia, quærentium quo-
modo ipſum irretirent; quod poſſe facere ſibi perſuaſerunt, illi mulierem offeren-
do in adulterio deprehenſam, quod cum illa crederet occultum, factum eſt pu-
d§. 7. 8. blicum. *d.* graue eſt hoc peccatum, magnaque gignens incommoda. *e.* quod ſi in
e§. 9. 10. 11. veteri lege Deum illud adeò ad iram prouocarit, multò fortiùs in lege Euangelica.
f§. 12. 13 *f* Tertius refert, qualiter ei laqueum parauerint, adulterã ei offerẽdo, rigoréque le-
g§. 14. gis, quæ reã adulterij lapidari præcipiebat; lex iuſta. *g.* quàm iniuſtũ eſt mundi iudici-
h§. 15. um, quod nõ in viris, ſed in mulieribus ſolummodo caſtigari vult adulterium. *h.* ex
i§. 16. iuſtitia legis Moſaicæ, legi miſericordię Chriſti laqueos expandebant. *i.* Quartus
oſtendit qualiter Dominus noſter, vt illo ſe laqueo expediret, & dracones concul-
k§. 17. caret, primò ſe inclinauerit, digito ſuo ſcribens in terra. *k.* Quintus tandem no-
bis parat ſententiam, iuſtitiæ ſtrictę contra Iudęos à Chriſto pronuntiatam, ſua illis
l§. 18. 19. peccata manifeſtando, dum ſcribit in terra: & benignæ miſericordiæ in adulteræ
m§. 20. 21. 22. fauorem *l.* illam in omnibus foris ſeu tribunalibus abſoluendo. *m.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN